

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Super quarto libro Sententiarum**

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**[Venedig], 24. Juni 1481**

[Distinctiones XI-XV]

[urn:nbn:de:bsz:31-305514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-305514)

sed quia ex eis fit unū sacm. Qualiter autē psona xpi dicat cōposita ex duab' naturis dicitū ē in. iij. li. vi. **C**aro carnis. vñ hoc esse falsū: qz nihil est signū sui ipsius. Et dō q' carnē q' significat nomī nat ipas spēs q' sunt signū carnis 7 hoc tropice: vt magister dicit: 7 ipse spēs cū carne cōtenta dicunt ca ro inuisibilis: qz sub specie illa caro xpi non videt carnē autē significatā noiāt ipam carnē xpi fm q' sub p'ria forma videt: vñ 7 visibilis dicit. **Q**uis audeat māducare 7c. Ad primū hāz rōnū rñsuz est i pmo articulo hui' distinctionis. Ad secūda3 patebit solutio ex his q' dicit i. iij. oi. seqnti. **S**z tñ valuit sermo Delie. locus ē a minor. vñ intelli gēdū ē q' plus valeat sermo xpi 7 i psona xpi pla tus: qz sermo Delie in seipō nō habebat virtutem aliquā sz opabat p modū intercessionis. Sermo autē xpi sub forma hui' sacri habet virtutē intrā neā de qua supra oi. viij. dicitū ē. **Q**uid g' hic q' ris nature ordinē 7c. g' vñ q' nō licet disputare per rōnes de hoc sacro. Et dō q' loq' cōtra illos q' nī bil in hoc sacro 7 in alijs q' sunt fidei volūt credē nisi hoc qd p naturalē rōnē pbari pōt: nō at con tra illos q' ex pncipijs fidei disputant: 7 q' ex pnci pjs naturalibus nō volunt pbarē q' sunt fidei sed sustinere: qz q' sunt fidei q'uis sūt supra rōnē n' tñ sūt cōtra rōnē: als dō ēt sibi cōtrarius si alia p' fuisse in rōnē q' rei veritas hēt. **S**i tāta vis ēt in sermone dñi. vñ q' hec pbatō nō valeat: qz ser mo quo oia facta sunt ex nihilo ē verbū increa tū: nūc autē loq' debuit de verbo creato scz forma sacri. Et dō q' auctōritas hui' virtutis rēsider i ver bo increato: sed in verbo creato ē instrumentalit' vt dicitū ē. **S**icut per spiritū 7c. vñ q' ista tran substantiatio nō debeat spiritui sancto sed magi filio. 7 dō ē q' appropriat filio sicut opanti: qz ipse est sacerdos 7 hostia: spiritui autē sancto sicut quo opat: qz ipse ē virt' de illo extēs ad sanādū Luc. vi.

Di. XI.

**H**ic autē queri tur qualis sit illa conuersio 7c Postq' determinauit magister de re cōtenta i hoc sacramento oñdēs q' vtz corp' ibi cōtinet hic intēdit determinare d' con uersioē panis i corp' xpi: ex qua cōuenit vt sub sa cramento corpus xpi vtz cōtineat. Et diuidit in p tes duas. In pma determinat de p'dicta cōuersioē panis in corpus xpi. In secūda oñdit qualis speci es remaneat substāiali cōuersioē facta: ibi Sub alia at specie 7c. Circa p'mū tria facit. Primo inq' rit q'lis sit p'dicta cōuersio. Secūdo determinat hāc questioneē q'ntū ad id in q' omēs cōueniunt: ibi for male tñ 7c. Tertio determinat eā q'ntū ad id i quo diuersi diuersa opinant: ibi Quibusdam vñ 7c. Et hec diuidit in ptes tres fm tres opiniones q's po

nit. secunda ps incipit: ibi Quidā vero sic dicunt 7c. tertia: ibi. Alij vō putauerūt 7c. Circa primū tria facit. primo ponit opinionem. secūdo obijcit in cōtrarium 7 soluit: ibi. Sed huic sententię 7c. tertio oñdit q' locutiones sint cōcedende vel negā de fm hāc opinionē: ibi Nec tñ cōcedūt qdā 7c. Sub alia autē spē 7c. Dic oñdit q'liter spēs rema neant substāiali cōuersioē facta. Et diuidit i p tes duas. In pma oñdit q're sub alia specie corpus xpi verū in sacro exhibeat. In secūda determinat de vsu siue distributione dictaz speciez: ibi Col ligit etiā ex p'dictis 7c. Circa p'mū tria facit. Pri mo oñdit q're sub alia spē corpus xpi pponat in sacro. In secūda q're sub duplici: ibi Sed q're sub duplici 7c. Tertio de admixtioē tertij elemēti scz aque: ibi Aqua vero admiscēda. **C**olligit etiā 7c. **H**ic determinat de distributione speciez: 7 pmo quōd christus distribuerit: scōo quōd nūc distribuē dū sit: ibi Eucharistia quoq' 7c.

**H**ic ē triplex questio. **P**rima de cōuer sione panis i corp' xpi 7 vini in sangui nē. **S**ecōda de mā hui' sacri cui' speci es post cōuersioē remanēt. **T**ertia de vsu sa cramenti istius in pma ipa sui institutione q' christ' ipm discipul' dedit. **C**irca primū q'ntū q'ntuor. **P**rimo vtz p' cōsecratōem remaneat ibi panis **S**ecūdo vtz annihilat. **T**ertio vtrū couer tat in corp' xpi. **Q**uarto de locutionibus q' in hac materia concedende sunt.

**A**d primum sic pro cedit: vñ q' s'ba panis remaneat p' conse cratōnē: vt dicit tertia opinio Dam. cñ dicit: qz con suctudo est hoib' comedere panē 7 vinū: coniuga uit eis diuinitatē 7 fecit ea corp' 7 sanguinē suum sz cōiunctio req'rit vtrūq' cōiunctoz existere actu. g' panis remanet cū corpe xpi. **P** illud qd d' pane remanet in hoc sacro p' cōsecratōnē cū sit sacm tñ: dō verū corp' xpi 7 etiā mysticū significare. sz significatio tal' nō cōpetit pani nisi rōnē s'be sue sz quā ex diuersis granis cōfici: fm quā etiā reficē 7 nutrire habet. g' o3 q' remaneat in substātia panis **P** illud ad qd paucoza difficultia sequunt' est magis eligēdū. sz ad hāc positioē sequūt' pauco ra difficultia cum nihil aliud seq' nisi q' duo corpa sint i eodē loco qd nō ē incōueniēs de corpe glorio so rōnē sue subtilitat'. g' hec opinio ē alijs p'eligen da. **S**z p' hoc p'nomē hoc cū sit demonstratiuū ad sensū: demonstrat s'bam sub specieb' imēdiatē la tentē. sz si s'ba panis ibi remaneret ipa sola imēdia te accitib' subesser: qz eis afficeret. g' ad ipam fer ref demonstratō hui' p'nois h': cū dicit: Hoc ē corpus meū. 7 sic locutio ēt falsa qd ē incōueniēs 7 h' reti cū: qz ē i doctrina religionis p'posita. g' 7 p'dicta po sitio ē heretica. **P** si s'ba panis ibi remaneret tūc sumēs hoc sacm nō solū sumeret spūalē cibū sz cor

85

porale. s3 corpalis cibi suprio ipedit a sacro vlti  
eadē die pcepto: vt supra di. viij. ocm ē. g d semel  
supsiuer cor? xpi nō posset iterato sumē qd est  
ritū hui? sacri. **¶** Vlti? vi q nō debeat spēs pās  
remanere: qz i sacro veritatis nō debet ēē aliq dece  
prio. sed cū accidētia ducāt in cognitōez et? qd qd  
ē fm pīm in. j. de aia. deceptio videt ostēdere illi?  
accētā cui? substantia nō manet. g ex q sba pās n  
manet nō deberēt accidētia eius manere. **¶** cōe  
i lra assignate nō vidēt puenientes. fides enī quīs  
expimentum rationis effugiat tamen rōnis con  
tradictōne nō requirit. qz ea q sūt fidei nō sūt cōtra  
rationē sed supra: s3 q sub alia specie videat h? n  
solū rōne sed etiā cōtra sēiū apparet. ergo nō de  
beret sub alia specie apparere ppt meritum fidei.  
**¶** supposita fide hui? sacri p quā cor? xpi sine  
sui detruētō māducari credit nō esset horridum  
istud sumē in quacūq? spē appareret. sed fides ne  
cessaria ē ad sumēdū. g icōa cā quā assignat nulla  
est. **¶** illud qd aliqū fit ad cōfirmatōez fidei si  
sp fieret nō ēē irritio s3 maior pfirmatō. s3 aliqū ad  
pfirmatōne fidei aliq dubitātus de h? sacro oñdī  
cor? xpi sub spē carnis: sic legit i vita beati Grego  
et in vitas patrū. g nō esset ad irritōne si semp in  
specie ppta ostēderet. **¶** cōtra: sacm ē sensibi  
le signū: vt i. j. di. dictū ē: sed panis ē corpis xpi ve  
ri sacm. g o3 remanere qm ad sensibilia acciden  
tia. **¶** vsus hui? sacri ē māducatio: vt supra di.  
ix. dictū ē: sed māducatio requirit diuisiōne cibi q  
fit p masticationē. g cū diuisio nō possit fieri in ve  
ro corpe xpi: qd ē gloriofum opozuit q essent ibi  
spēs salte alie quaz fractio ēē. **¶** Vlti? vi q etiā  
forma substantialis panis debeat remanere: opat o  
em substantialis nō pōt fieri sine forma substantiali  
sed nutrire ē opatio forme substantialis: qz nutrit i  
quātū qdā cibū: vt di. in. ij. de aia. g cū ipēs que i  
sacro remanēt etiā corpaliter nutriāt: vt a qbus  
dā di. vi q forma substantialis panis remaneat  
**¶** illud qd nō mutat in aliqd corpis xpi o3 q  
post cōsecratō. m maneat. sed forma sbalis panis  
nō puerit i aliqd corpis xpi: qz si puerteret opote  
ret q puerteret i aiaz q ē forma sbalis corpis xpi i  
quā n puerit aliqd vt ex pcedēti di. p3. g forma s3  
stialis panis manet s c accidētia. **¶** panis ē  
quoddā artificiale. s3 forme artificialis sūt accide  
tia: vt p3 in. ij. pby. cū g accidētia maneāt vide  
tur q forma panis fm quā ē panis maneat. **¶** p.  
fm Auerro. in li. de substantia orbis: et in. j. pby.  
opoztet in materia pntelligere dimesiones ante  
formas substantiales aliq mō in generabilib? et cor  
rupibilib?: als nō possūt esse diuerse forme in di  
uersis pūb? materie cū diuisio nō fiat nisi fm quā  
titatē. s3 dimesiones manēt. g et forma substantia  
lis manet. **¶** S3 cōtra: remotis accētib? et forma  
substantiali nihil manet nisi subiectū cōmune. sed  
illud qd ē cōmune nō pōt cōuerri in aliqd. g non

posset intelligi aliqua conuersio fieri si forma sub  
stantialis remaneret. **¶** p. species panis et vini se  
sibiles sūt sacm tm in eucharistia. g debēt ducē in  
illud cui? sūt sacm: s3 in cor? xpi. s3 si remaneret  
ibi forma substantialis panis ducerēt in ipam mag  
q in cor? xpi: qz sūt ei ppinquiora fm naturam  
g videt q nō remaneat forma substantialis panis  
**¶** Rndeo dō ad. j. q. q. hcc positio q ponit substan  
tia panis ibi remanere post cōsecrationē simul cū  
vero corpe icōpetēs ē huic sacro et impossibilis et  
heretica. incōpetēs qdem: qz impediret venera  
tionē debitā huic sacramēto. esset enī idolatrie oc  
casio si hostie veneratio lairie exhiberet substan  
tia panis ibi remanere. cēt etiā cōtra significatōne  
sacramēti: qz spēs nō ducerent in verū corpus xpi  
p modū signi sed magis in substantiā panis. cēt etiā  
cōtra vsū sacri: qz iā cib? iste nō esset pure spūalis  
sed etiā corpalis. Sed q sit impossibilis patet ex  
hoc q impossibile ē aliqd ēē nūc nisi prius nō fuit  
nihil ipō mutato vel aliquo i ipm: nec posset etiā  
p miraculū fieri sic q esset aial rōnale mortale: et n  
esset hō aliter cū se habere nūc et prius ē idem q  
moueri vel transmutari. si g cor? xpi verū cēt sub  
sacro nunc et non prius opozteret aliqd motū vl  
mutatiōne interuenisse. s3 nulla mutatio ē ex pre  
panis facta fm hāc positōne. g o3 q corpus xpi sit  
mutatū salte localiter: vt dicat q cor? xpi est hic  
quia per motū localiter huc venit qd oino esse nō  
pōt: qz cū simul et semel in diuersis locis cor? xpi  
cōsecret opozteret q simul et semel ad diuersa loca  
vnū numero moueret cor? qd est impossibile: qz  
cōtingeret simul cōtrarios mot? inesse eidē: vel sal  
te diuersos eiusdē speciei. Qz aut sit heretica p3 ex  
hoc q cōtradicit veritati scripture: nō cū cēt vt  
dicere: Doc ē corpus meū. sed hic ē cor? **¶** Ad  
j. g dō. q verbū Dam. intelligēdū ē quātū ad spēs  
qbus corpus xpi diuinitati vnitū mō ineffabili cō  
iungit. **¶** Ad. ij. dō q spēs sic remanētes repren  
tāt aliquo mō substantiā quā prius afficiebāt: et p  
pns ppuetates et? et ita hnt rōne significādi p quā  
dā similitudinē cor? xpi vey et mysticū. **¶** Ad. iij.  
dō q ad hāc positōne seqt grauius incōueniēs q  
q cōtradictoria sint sil vera: qz ponit diffinitōne  
s3 aliter nūc q prius: et nō pōt ponere diffinitum  
s3 motū neqz i corpe oñi: neqz in substantiā panis  
**¶** Ad. ij. q. dō q accētia panis eadē numero re  
manent ibi. quō aut ibi sūt vtrū sine subiecto vel  
alio mō in sequēti di. dicet. S3 rō qre remaneant  
assignat i lra ex pte vsus sacri: et qm ad māduca  
tionē spūalē q ē p fide: vt s3 fides cēt maioris me  
riti qm ad māducationē sacralē: ne s3 cēt nobis  
horrou si in ppta specie sumeret: et infidelib? irri  
sioni. Potest assignari et alia cā ex pte ipi? sacri qz  
spūalia in sacris p signa corpalia cōsueuerūt oñdī  
et qz cor? xpi verū nō est cib? corpal s3 spūalis: iō  
opozuit q p simul tudines sensibiles cib? corpals

significaret et eis contineret. Ad. i. q. d. q. in hoc sacro no est aliq. deceptio neq. fictio: non em sensus decipit: q. no habet iudicare nisi de sensibilib. spe celest. q. q. d. vere sibi sunt sic et sensui oñdunt: neq. etiã intellectus q. habet iudiciũ de substãtia reruz p. fidẽ iuuat. Ad. ii. q. d. q. iam patet ex dictis q. no e contra sensum s. supra: q. sensus no pot. ptingere ad illi. substãtie cognitionem. Ad. iii. q. d. q. supposita fide i. sũptione corpis xpi in spẽ. ppa. a parentis no esset horroz ex abomiatione puenies eẽt tñ horroz ex deuotione pcedẽs: q. hõ no soluz refugit imũda tangẽ ex abomiatione: s. etiã sctã ex deuotione. Ad. iiii. q. d. q. q. tñ ad oñsionẽ talis speciei fides pot. edificari: s. si i hac spẽ sumeret magis esset in fidei destructione: q. corp. xpi qd. e. gloriõsũ passibile oñderet si masticatiõĩ subisset. Ad. v. q. d. q. forma panis substãtia no rmanet post consecratõnẽ: et hoc ppter tres rões. Pr. mo q. in q. libet trãsmutatõẽ v. cõuersionẽ emi. a q. e. eiusdẽ generis cũ termino ad quẽ. illud at ad qd. terminat cõuersionẽ n. e. forma tñ: neq. materia tñ sed substãtia exis i actu: et h. oclatãt vba substãtia q. hoc faciũt qd. significãt: vñ cũ in eis expmatur p. hoc. p. nomẽ hoc substãtia in actu cõposita: o. q. illud qd. cõuertit in corp. sit etiã substãtia cõposita no materia panis tñ: et ita forma panis no manet. Secundo q. frustra remaneret: accidentia em manẽt vt sunt signa: q. ad hoc sũt vt p. ea de substãtia subiacẽte cognitiõnẽ accipiam. cũ sũt sensibilia: et ita ad cognitiõnẽ intelligibillũ via. sed forma substãtia no e. qd. sensibile s. e. ordinata ad esse substãtiale: vñ cũ substãtia panis no remanet frustra forma substãtia ibi esset. Tertio q. accidẽtia no imediate ducerẽt in corp. xpi: s. i. formã substãtiale panis remanẽt: et t. o. deperiret aliqd. si gnificatiõĩ sacramenti. Ad. j. q. d. q. hec r. no mouet quosdã ad ponẽdũ formã substãtiale remanere: sed p. r. r. o. n. e. ista magis ponẽdũ eẽt q. materia panis remaneret q. forma: panis em no nutrit nec aliqd. cib. nisi fm q. conuertit in illud qd. nutrit: qd. at naturali cõuersione cõuertit i alterũ no manet q. tñ ad formã: s. quãtũ ad materiã. vñ forma substãtiale panis si remaneret nutriti non posset magis q. accẽtia. vñ aut spẽs ille possunt nutriti in sequenti vi. dicit. Ad. ii. q. d. q. aia no e. forma q. p. f. ciar. vniformiter suũ pfectibile in toto et i omni. vñ singule ptes ex aia cõsequũt pfectiõnẽ eis pportionalẽ: vñ quũ in aiam xpi fm q. est pfectio tot. n. pueritur aliqd. tñ trãsubstãtiatur substãtia panis tota et quãtũ ad formã et q. tñ ad materiã in ipsuz corpus xpi totũ fm q. intelligit accepisse cõgruẽtes pfectões in singulis ptes. quia sic e. organici et p. p. uia aie materia. Ad. iij. dicit dũ q. quũ ars no possit itroducere formã substãtialem p. seipz. pot. tñ itroducere virtute nature q. vrit in sua opatõẽ sicut instrumento. sicut p. z. b.

q. aquã in vaporẽ cõuertit et aerẽ in ignẽ igne mediante. et similiter cũ occidit aial recedẽte anima alia forma substãtiale succedit: sic generatio vni. e. corruptio alteri: ita etiã p. p. mixtionem farine et aque et vñsionẽ ignis pot. cõsequi forma aliqua substãtiale que sit forma substãtiale p. quã panis est panis. si aut no esset forma substãtiale que e. p. artem iducta per quã panis est panis substernit forma substãtiale accidentali s. forma farine: tritici em iam a sua specie est corruptũ: quia si manet ei. opatõẽ vt possit sibi simile generare. Ad. iiii. dicit dũ q. dimensio que p. intelligit ante formã substãtiale i materia no habet esse cõpletũ: q. no e. dimensio terminata. terminatio enim dimensio est p. formã: sed dimensioes que manet p. p. secretioes sunt dimensioes terminate q. habet certã mẽsurã et figurã.

**A**d secundũ sic procedit: Videtur q. panis facta cõuersione annihilat. in qualibet enim mutatõẽ que est s. aliqd. intraneũ rei terminus a quo no manet nisi in potẽtia p. iacẽti: sic quãdo nigrũ fit albũ nigredo no remãet nisi in potẽtia subiecti. et quãdo ex aere fit ignis forma aeris que e. terminus a quo no manet nisi in potẽtia materie cõmunis que subiacet mutatõĩ. sed in cõuersione de qua loq. mur e. terminus a quo tota substãtia panis. q. cũ n. sit accipe aliqd. p. iacẽs ad totã substãtia panis q. no est in subiecto sic accidens neq. in materia sic forma videt q. oino annihilat. p. respectu eiusdẽ e. aliqd. natũ e. terminus a quo: et terminus ad quẽ: sic ex albo fit nigrũ: et ex nigro albũ. s. mutationis cuius terminus a q. e. tota sba rei: terminus e. simpliciter nihil: sic p. z. in creatione. q. sũt cũ i cõuersione de qua loq. mur: terminus a q. sit tota substãtia panis: terminus ad quẽ erit simpliciter nihil. q. substãtia panis annihilat. p. si vñ cõtrad. coruz e. falsũ reliquuz de necessitate erit verũ. s. facta cõuersione hec est falsa. panis e. aliqd. vel de pane e. aliqd. q. hec e. vera: nihil de pane e. q. panis e. annihilatus. p. illud annihilari dicit qd. neq. i se: neq. in alio manet. sed panis substãtia no manet facta in se cõuersione: vt dictũ e. neq. manet in corp. xpi: q. sic corp. xpi augetur. q. panis annihilat. p. sic se habet cõuersione formalis ad formã: ita s. b. alis ad substãtialem. s. in conuersione formali annihilat formã: sic p. z. cũ ex aere fit ignis. q. in cõuersione substãtiale q. lis hec e. d. annihilat substãtia panis. s. cõtra Aug. dicit in l. lxxxiiij. q. Ille ad quẽ n. e. no p. t. n. e. no e. cã tẽdẽdi ad no e. s. de e. huc m. o. i. q. ipe nihil in nihilũ reducit. s. p. uerfio p. dicta sit diuina v. t. u. t. e. q. n. reducit substãtia panis i nihil. p. illud qd. in aliqd. p. uertit no annihilat. s. panis i corp. xpi cõuertit vt p. auctoritates i lra positas oñdi pot. q. n. annihilat. p. defectus p. fectiõĩ repugnat. s. hoc

S. 2

factum est maxime perfectionis: ut supra dictum est. si cum  
annihilatio sit via ad defectum non competat huic sacro  
**R**ideo dicitur quod haec opinio duo potest sub disiunctio  
ne. scilicet quod substantia panis resoluitur in suam materiam vel  
quod annihilatur: et quantum ad utrumque est falsa: si enim in  
potestatem materiam resolveret hoc non potest intelligi nisi du  
pliciter. uno modo quod esset in materia sine forma omni: quod quod  
de nec per miraculum esse potest: quia haec positio implicat  
in se contradictionem: materia enim per essentiam suam est ens: po  
tencia et forma est actus eius. si ergo ponatur materia sine forma  
esse actu ponatur actu materia esse et non esse. alio modo  
potest intelligi ita quod resoluat in materialia elementa: et  
hoc iterum non potest esse: quia illa materialia elementa aut  
remanerent in eodem loco: et oporteret quod sub illis spe  
ciebus esset aliud corpus quam corpus christi: et quod illud ma  
teriale corpus esset simul cum dimensionibus panis et mul  
ta huiusmodi inconuenientia sequerentur: vel non esset in  
eodem loco: et sic esset motus localis illius elementum materialis:  
quod non potest esse: quia sentiret talis mutatio si esset. **P**  
cum motus localis necessario sit successiuus: ergo illud  
materiale elementum prius relinqueret unam partem hostie  
quam aliam: transubstantiatio autem fit in instanti ut dicitur:  
vnde sequeretur alterum duorum: vel quod aliqui sub aliquo parte  
speciebus non esset: neque corpus christi: neque substantia pa  
nis: neque materiale elementum quod iam abscissit ab il  
la parte: vel quod aliqui sub eadem parte hostie esset corpus christi  
et materiale elementum quod est impossibile: et ideo non potest dici  
quod resoluat in suam materiam. Sicut non potest dici quod anni  
hiletur: eo quod omnis motus denotatur a termino ad quem: sic  
motus quod est ad albedinem de dealbatio: vnde illa transmu  
tatio tamen posset dici annihilatio cuius terminus ad  
quem esset nihil: hoc autem non potest esse in illa conversione  
quia: ergo haec conversio terminari ad corpus christi: quia ni  
hil potest incipere hic esse cum prius non fuerit: nisi per motum  
aut mutationem propriam vel alterius terminata aliquo  
modo ad ipsum. vnde si conversio predicta ad corpus christi non  
terminaretur: oporteret quod corpus christi esset hic in altari  
facta consecratione ubi prius non erat per motum proprium  
quod supra est probatum: vnde per opinionem illam falsa est quod  
ponebat substantiam panis annihilari. **A**d. i. si dicitur  
quod in mutationibus naturalibus terminatur a quo est for  
ma aliquid quod dicitur non conuertitur in terminum ad quem: et ideo  
annihilatur nisi quatenus manet in potentia in suo subiecto  
sed illud quod conuertitur ad terminum ad quem est subiectum  
mutationis non quidem ut sit illud: sed ut sit sub illo:  
vnde subiectum annihilari non dicitur in quantum in aliud con  
uertitur: vnde cum in hac conversione id quod est terminus a quo  
scilicet substantia panis conuertatur in se totum in terminum  
ad quem: scilicet corpus christi: non quidem ut sit sub ipso: sed  
ut sit ipsum: per quod non est annihilatio substantie pa  
nis. **A**d. ii. dicitur quod ratio illa procedit in mutationibus  
oppositis: quia illud quod est terminus a quo in vna est ter  
minus ad quem in alia: non autem in mutationibus quod vna  
ordinatur ad aliam: sic perfectum ad imperfectum: sic mutatio  
qua accipitur perfectio prima ordinatur ad illam quam accipitur per  
fectio secunda: conversio autem panis in corpus christi non

est mutatio opposita creationi: sed quodammodo perfectio  
ipsam in quantum panis nobiliter esse per hanc conversionem  
consequitur: et ideo non oportet quod sit in hac conversione terminus  
ad quem quod in creatioe erat terminus a quo. **A**d.  
iii. dicitur quod quoduis panis non sit aliquid: tamen illud in quod  
conuersus est panis est aliquid conversione facta: et ideo non  
sequitur quod panis sit annihilatus. **A**d. iiij. dicitur quod quod  
uis non manet panis neque in se neque in alio: manet tamen cor  
pus christi in quod conuersus est panis. et ideo non sequitur quod sit  
annihilatus. **A**d. v. dicitur sicut ad panem.

**A**d tertium sic proce  
dit: videtur quod panis non possit conuertitur in  
corpus christi: conversio enim mutatio quodammodo est. sed nulla  
specie transmutatio in corpus christi panis conuertitur. non  
enim est ibi generatio et corruptio: quia materia panis  
non manet: nec est alteratio: quia non manet aliqua sub  
stantia eius actu: nec est augmentum: quia non additur aliquid  
ad corpus christi: neque motus localis: non enim ipsum cor  
pus christi de celo descendit: ut dicitur. dicitur ergo videtur  
quod nullo modo panis in corpus christi conuertatur. **P**  
in omni conversione oportet esse aliquid quod mutatur: mutat  
autem quod dissimiliter se habet nunc et prius. si ergo panis in corpus christi  
conuertatur oportet aliquid esse idem numero quod prius fue  
rit de substantia panis: et nunc sit de substantia corporis christi: quod non  
potest. si panis in corpus christi non conuertatur. **P**  
con  
uersio accidens quodammodo est: omne enim accidens  
est in subiecto: non autem potest dici quod subiectum eius sit  
panis neque corpus christi: quia non est idem subiectum mu  
tationis et terminus a quo vel ad quem. si panis nullo  
modo conuertatur in corpus christi. **P**  
omne quod sit aliquid  
accipitur hoc quod fieri dicitur. sed omne singulare est in con  
municabile: sed impossibile est quod aliquid singulare fiat  
aliud singulare quoduis possit ei adiungi et sic esse et pri  
us sicut per se. sed corpus christi est quoddam singulare de  
monstratum. sed non potest esse quod aliquid conuertatur in ipsum  
ita quod fiat ipsum: sed solum quod adiungatur ei. **S**  
ed  
est quod dicitur. dicitur: fecit ipse panem et vinum corpus et san  
guinem suum non quoniam ipsum corpus christi de celo descendit: sed  
quoniam panis et vinum transiit in corpus et sanguinem christi.  
**P**  
illud quod nec in se manet nec annihilatur: ergo  
in aliud conuertatur: sed panis non manet in se sicut in pri  
mo articulo dicitur: nec etiam annihilatur ut ex secun  
do articulo patuit. ergo oportet quod in aliud conuer  
tatur. **A**lterum videtur quod ista conuersio sit successiua: sit  
enim haec conuersio virtute verborum. sed verba non  
possunt aliquid facere nisi dum sunt. ergo cum habeant  
esse in successione videtur quod successiue conuersio predicta  
fiat. **P**  
impossibile est in eodem instanti esse aliquid  
corpus christi et panem. ergo non est idem instans in quo  
corpus christi et in quo ultimo est panis: sed in quolibet  
libet duo instantia est tempus medium ut patet in vi. phy.  
ergo conuersio panis in corpus christi est successiua.  
**P**  
in omni conuersione requiritur ut sit aliquid ali  
ter nunc et prius cum conuersio mutatio quaedam sit. sed  
ubi quod est nunc et prius successio est. ergo in omni

puerfione 7 mutatione oportet esse fucceffionem  
 et fic idem qd pus. ¶ In omni factione est fieri  
 et factu esse. fed fieri 7 factu ee no fut simul: qz qd  
 fit no e: qd at factu e ia e. ergo e ibi prius 7 posterius:  
 7 fic ide qd pus. ¶ Sed e: qz virtus infinita o-  
 perat subito. fz hec couerfio fit virtute diuina q e  
 infinita. ergo fit subito. ¶ In omni fucceffiuua  
 mutatione prius aliqd e in medio q in termino. fz i  
 hac couerfione no e inuenire aliqd mediu in sub-  
 ftantia panis 7 corp' xpi. ergo no e ibi fucceffiuua co-  
 uerfio. ¶ Tertius videt qz hec couerfio fit miracu-  
 lofio: omni alia mutatione: qz qto alicui magis o-  
 facili p'fentit ro nra min' habet de miraculo. fz no  
 e aliq miraculofo couerfio cui ro magis n' cofenti-  
 at q huic: qz creatone etia qda phi pofuerit rone  
 naturali ducti: 7 etia q materia obedit fubftantia  
 fepati: 7 maxie deo ad omne formatone. ergo ifta  
 couerfio e miraculofo: oib' mutationib'. ¶ Vbi  
 e plus de refiftentia ibi e maior difficultas i co-  
 uertedo: 7 p'nis maius miraculu. fz i hac couerfio-  
 ne e maxia refiftentia: cu oporteat totu coueri i to-  
 tu. fz ifta couerfio e maxie difficultat. fz 7 maxie  
 miraculofo. ¶ Quato min' e de potentia ex pte  
 creature in qua fit miraculu: tanto e maius mira-  
 culu qd fit p potentia diuinu. fz in hac conuerfione  
 mininu e de potentia i creatura: qz in qbusda con-  
 uerfionib' miraculofo e potentia natural' fic qua-  
 do aqua couerfa fuit in vinu: in qbusda aut potetia  
 obediencie tm: fic qn cofta formata e in muliere  
 in creatione aut 7 fi no pcedat aliq potetia: tm no  
 est aliq repugnata. fz cu i hac couerfione fit repu-  
 gnantia: 7 nulla potetia ex pte creature: qz no pot  
 ee aliqd i potetia refpectu tot' copofiti: vt qz hec  
 conuerfio fit miraculofo: omni alia mutatione.  
 ¶ Sed 5: quato aliqua funt magis diftantia: tan-  
 to difficultus in inuicē mutant. fz magis diftat non  
 ens fimpliciter ab ente qz h' ens ab hoc ente. fz dif-  
 ficilius e ex no ente fimpliciter facere ens aliqd qz  
 ex ente hoc facē illud: 7 io creatio e maioris virtu-  
 tis indicatiua qz trāfubftantiatio. ¶ Sed qto termi-  
 nus mutationis e altior: tanto mutatio e maioris  
 virtutis: fic maioris virtutis est facere boiem qz  
 aial. fz affumptio hūane nāe q e mutatio qda ter-  
 minat ad psonā filij dei q est dign' qd qz corp' xpi  
 ad qd terminat trāfubftantiato. fz magis e miracu-  
 lofo illa mutatio qz ifta couerfio. ¶ Ndeo do. ad .j.  
 q. qz in mutationib' naturalib' inuenit aliq muta-  
 tio: fm qua nihil variat de eo. qd est intzancu rei fz  
 folu h' qd e extra: fic p3 i motu locali. aliq vo mu-  
 tatio i q variat illd qd inest rei accidētr. fz qritas  
 v' qritas: vt p3 i motu augmenti 7 alteratōis. ali  
 qua vero mutatio e q ptingit v'qz ad formā fba-  
 le: fic generatio 7 corruptio: fed naturalis mutatio  
 no pot ptingere v'qz ad variationē materie: quia  
 opat ex fupposita mā: fic qdlibet 2<sup>m</sup> agens opat  
 fuppositis his q dat a funt fibi a pmo agēte: 7 hec

pncipia e3 manē in opatione nature: vt in .j. phy:  
 dē: fic aut ee copofiti qd ex fuppositioe māe natu-  
 ra pducit opatoī nāe fubijcti: ita ipa materia qua  
 p'eiupponit nā fubijcti actioī p'imi agētis fz det  
 a quo hoc ipm ipfectu esse: fz ipotētia qd habet  
 accepit: vñ diuina opatio ptingere pot ad variatōz  
 māe: vt fz fic natura facit hoc totu ee h' totum: vt  
 ex toto acre tota aqua: ita de' facit ex hac mā fi-  
 gnata illa: 7 qz materia fignata e indiuiduationis  
 pncipiu: io folius dei opatioe hoc fieri pot vt hoc  
 indiuiduu demoftratu fiat illud indiuiduu demō-  
 ftratu: 7 talis modus couerfionis e i hoc fācro: qz  
 ex hoc pane fit h' corp' xpi. Ex q p3 qz ifta conuer-  
 fio differt ab oibus naturalibus puerfioibus in  
 iij. Prio i hoc qz v'qz ad mān ptingit: qd i illis n  
 inuenit. 7 qz mā e p'mū fbiectū 7 ipm n e aliud fbie-  
 ctū: io fēdo differt i h' qz hec puerfio no h3 fbiectū  
 fic ille habet. Tertio qz in naturalibus puerfioib'  
 couertit totu in totu: no aut ptes effentiales i ptes  
 tot' em aer puerfit i aqua: fz mā aeris no couertit  
 in aliqd: qz e eade forma: etia no couertit: qz abfce-  
 dit illa 7 alia introducit: fz hoc 7 totu couertitur  
 in totu: qz panis fit corp' xpi: 7 ptes etia couertit  
 qz mā panis fit mā corp'is xpi: 7 forma fubftantia  
 lis fit illa forma q e corp'is xpi. Quarto qz na-  
 turalib' couerfionib' trāfmutat: 7 id qd couertit i  
 id i qd puerfit: illud qdē qd i altez puerfit fp trāf-  
 mutat corruptione: fz illud in qd aliqd naturalit  
 couertit: fi qdem fit fimplex couerfio trāfmutat  
 p generationē: fic cu aqua generat ex aere: fi autez  
 fit couerfio cu additione ad altez p'existēs illd cui  
 addit trāfmutat fm augmētū: vel fāltē p reftaur-  
 rationē deperdit: fic accidit in nutrimento: fz hoc  
 illud in qd fit couerfio erat p'existēs: 7 no ei addit:  
 qz vt dictū e: illud qd couertit couertit i ipm 7 fm  
 totu: 7 fm omes ptes ei: vñ hoc in qd terminat  
 couerfio nullo mō trāfmutat: fz corp'us xpi: fed  
 folu panis q couertit. ¶ Ad .j. qd qz hec couer-  
 fio fub nulla naturaliu3 mutationū cōtinet: fz ab  
 oib' differt: vt ex dictis p3: habet tm aliquā coueni-  
 entia cu trāfmutatione nutrimentū inq'itū v'raqz  
 couerfio fit i aliqd p'existēs: differt tm ab ea inq'  
 tū hic no fit aliq additio ficur ibi. ¶ Ad .ij. qd qz  
 i hac trāfmutatione feu puerfioe e aliqd qd trāfmu-  
 tat fz panis: no qdē ad modū aliaz mutationu3  
 naturaliu vt aliqd ipius maneat fz fm totu 7 oēs  
 ptes ei: vt oem e. ¶ Ad .ij. qd qz trāfmutatio na-  
 tural' ponit actū ipfectū: vt p3 i .ij. phy. 7 qz idē  
 e fubiectū actus pfecti 7 ipfecti: io o3 qz fubiectū  
 trāfmutationis natural' fit id qd e fubiectū post  
 modū act' pfecti. f. forme ad que tēdit mot' 7 no  
 ipm iā pfectū: fz trāfmutatio hui' couerfionis no  
 poit aliqē actū ipfectū: fz folu fucceffionē qdā  
 pfectoz no folu actū fz rez: fubfiftentiū: fucceffio  
 at e i fuccedētib' fibi fic 7 ordo in ordinatis: fz fm  
 regulā in .j. li. di. xvj. de relatiuis datam erit ifta re

853

latio ordinis hu<sup>s</sup> successionis fm rem quide<sup>m</sup> i ipo  
pane qui mutat: no aut in corpe xpi vero nisi fm  
rone qz ipm immutatum manet. ¶ Ad. iij. do q  
coicatio ipostat quada collatione: i io exigit aliqd  
recipiens id qd cofert seu dat. vn no habet locuz  
nisi i formalib<sup>9</sup> couerfionib<sup>9</sup> in qb<sup>9</sup> mutatio no at  
tingit nisi vsqz ad forma: i io cu i hac couerfioe ni  
bil maneat cui possit aliqd cofert no habet locuz  
coicatio. ¶ Ad. ij. q. do q ca qre aliq mutatio no  
est in instati: e distata e qd mouet a termino mo<sup>t</sup>  
distanti aut dico no solu fm dimensione loci aut  
quantitatis sed fm repugnati forme vel nature: i  
io vbi nihil e repugnans forme introducede forma  
ibi recipit in instanti pnte agente: sicut patet de il  
luminacione diaphani cu i eo n sit aliqd cotrariu  
vel repugnans luci: i sicut in forma subito introdu  
cenda qn materia e necessitas cotrarijs dispositio  
nibus ab ea exclusis: sicut aut aer subiacet soli ad  
recipiendū ab eo forma lumis no existente aliquo  
interposito: ita tota natura creata subdit diuino  
nutui: vt statim fiat omne qd deus vult: qz quicqd  
e in natura e materiale i no cotrariu dispositioni  
diuine: i io ea q p seipm facit pot cu voluerit face  
in instanti: qnqz aut successe facit vt i nobis fm  
modū nrm opef: hoc tñ cotingit qn hoc qd trans  
mutat pot magis vel min<sup>9</sup> distare a termino tras  
mutationis: qz fm hoc fit successio in motu: cu at  
couersio de qua loquimur ad ipam materie essen  
tia ptingat: vt dictū e fm qua sepatis p intellectū  
formis i dispositionib<sup>9</sup> vna res no magis couenit  
cu vna q cu alia no pot accipi maior i minor di  
stantia a termino: qz hoc singulare demonstratū  
qntū ad hoc q couertit i corpus xpi: tantū distat  
ab alio singulari sue speciei quātū a singulari alte  
rius speciei: i io couersio predicta fit in instanti.  
¶ Ad. j. q. do q verba forme hnt sacralem virtu  
te: vn no efficiūt nisi qd significāt: i io cu significa  
tio ill<sup>9</sup> forme no sit pfecta nisi in vltimo instanti  
tūc habet efficacā suā. ¶ Ad. ij. do q ad hoc ar  
gumentū multiplici rñdet a diuersis. Quidā coce  
dūt q e signare vltimū instans i quo e panis sicut  
i pmo in quo e corp<sup>9</sup> xpi: ppter hoc q in toto q  
d i tpe sunt panis: i ita in qlibet instanti illi<sup>9</sup> tps.  
Un qdā istoz dicūt q vnū e instans fm rem in q  
e panis i corpus xpi: s3 differt fm rōne: qz in qua  
tū illud instans e finis pteriti tps e in eo panis: in  
quātū aut e pncipiū futuri e in eo corp<sup>9</sup> xpi. Sed  
hoc non pot stare: qz cotractoria simul e fm rē  
e impossibile: simul aut fm rē maxie sunt q sunt i  
eode instanti fm rem. vn impossibile e duo cotra  
dictoria e in instanti qd e vnū fm rem quātūcū  
qz sit differēs rōne: qz ex illa rōne no habet ordinē  
ad mensuratū: i ad tps cui<sup>9</sup> e termin<sup>9</sup> sed ad aiām  
et qz si ponam<sup>9</sup> simul e corp<sup>9</sup> xpi i panē sequunt<sup>9</sup>  
duo cotractoria simul esse: qz dū e panis no est  
corpus xpi: iio impossibile e q sit vnū instans fm rē

i quo nūc vltio e panis: i nūc pmo corp<sup>9</sup> xpi. Ideo  
aliq dicūt qd istud nūc e quodamō vnum realit<sup>9</sup>: i  
qdāmo diuersum: i ponunt exemplū de duab<sup>9</sup> li  
neis se tangentibus de qbus constat q hnt duo pun  
cta: i illa puncta coiungunt i vno puncto linee  
cotinentis: cotigua cū sūt quoz termini sūt simul  
Et sicut dicūt q esse panē i esse corpus xpi in alta  
ri cotiguan<sup>9</sup>: vn e vnū instans extra mensuras i q  
pmo e corpus xpi i vltimo panis: s3 tñ sūt duo in  
stantia si accipiamus vt duoz tēpoz qb<sup>9</sup> mensu  
raf e panis in altari: i corp<sup>9</sup> xpi: i sic inter duo  
instantia quasi contiguata no e necesse esse temp<sup>9</sup>  
mediū: sicut nec inter duo puncta cotiguata linea  
sed illud no pot stare: qz cu punct<sup>9</sup> sit termin<sup>9</sup> linee  
q pot e mensura i intranea i extranea: possibile  
est puncta assignare: i intrinseca i extrinseca: s3 in  
stantis e termin<sup>9</sup> tps qd nunq<sup>9</sup> e nisi mensura extri  
seca. vn non e accipe instans nisi qd se habet p mo  
dū extra iacētis puncti: i io hoc positio redit i idē  
impossibile cu pma. Et io aliq dicūt q sic pbat. iij.  
phy. in toto tpe no e accipe nisi vnū nūc fm sub  
stantiā. i q numerent duo instantia hoc e fm ordi  
nē tps ad motū i actionē quā mensurat: put scz  
temp<sup>9</sup> excedens mensurat aliquā actionē: i ita pnci  
piū i finis illi<sup>9</sup> actionis e i tpe i fm hoc in tēpore  
numerat duo instatia: i io ordo i habitudo duo  
rū instantiū ad inuicē e cotractoria fm actiones i  
motus q mensurant: vn si accipiant duo instantia  
respectu eiusdē motus put tps mensurat pncipiū  
i finē illi<sup>9</sup> mot<sup>9</sup>: sic oz q inter duo instantia sit tps  
mediū: sicut inter pncipiū motus i finē e mot<sup>9</sup> me  
diū. si aut accipiant duo instantia p cōpationem  
ad diuersos motus fm q mensurat pncipiū vnū  
et finē alterius: sic inter duo instantia no e tempus  
mediū: sic nec mot<sup>9</sup> e mediū inter pncipiū vnus  
mot<sup>9</sup> i finē alteri<sup>9</sup>: i io cu quies mensuret tpe sic i  
motus duo instatia sūt se inuicē psequētia: quoz  
vnū mensurat finē qetis in q erat panis i alterum  
pncipiū qetis i quo e corpus xpi. S3 hoc itez non  
pot stare: qz instantia tps distinguūt p cōpationē  
ad illū motū a q tps potest habere vnitatē vl mul  
titudinē ad quā cōpat: no solū sic mēsurā ad men  
suratū sed sic accūs ad subiectū: scz motū celi qui  
est cotinuuus i interruptionē no patit fm naturā  
vn qlitercūqz signes duo instatia in tpe sp e acōpe  
temp<sup>9</sup> mediū: qz e accipe inter qlibet momēta mo  
tus celi motū mediū: i io in alijs motib<sup>9</sup> n differret  
sue cōpens diuersa instantia ad eūdem motū siue  
ad diuersos. Patet etiā q hec positio contradicit  
dicto phi. i viij. phy. vbi pbat q iter quoslibet mo  
tus cotrarios e qd media qd no oporteret si duo  
instantia mō pdicto possent se inuicē cōsequi. Et  
io aliq dicūt q ista couersio cū sit supra naturā no  
habet ordinē ad motū celi: vn no mensurat tēpo  
re sed instanti qd e mensura motus celi: i ppter hoc  
no e incōueniens si duo instantia succedūt sibi siue

tempore medio: sicut in .j. li. di. xxxvij. dictū est de motu angeli. Sed hoc itez stare nō pōt: qz ista cōuersio sequit motū planonīs verboz: q̄ habet reduci ad mensurā motus celi: sicut illuminatō sequitur ad motū locale quo defert illuminans: et iō o3 q̄ instantia accipiant in hac cōuersione fm̄ mēsurā motus celi. Et ppter hoc aliq̄ dicit q̄ nō ē simul signare duo instantia: in quoz vno pmo sit corp⁹ xpi: et in alio vltimo sit panis: qz sic de necessitate esset inter ea temp⁹ medium: sed tñ vtrūlibet coz pōt p se signari. Sed hoc itez nihil ē: qz designatio nostra nihil facit ad hoc q̄ tempus intersit vel nō intersit. vñ si sint duo instantia fm̄ rem in quorū vno ē panis vltimo: et in alio corp⁹ xpi pmo siue signent a nobis siue non: oportet eē temp⁹ mediū. ¶ **¶** ex quo instans illud ē signabile: non vñ q̄ possit designatio ei⁹ impediri p designationē alterius instantis cū iste due designationes nō sint contrarie. Et iō aliter dō q̄ nō ē designare vltimū instans sed vltimū temp⁹ i quo ē panis: inter temp⁹ autē et instans nō cadit necessario temp⁹ mediū sic cadit mediū inter duo instantia. Et veritas hui⁹ questionis apparet ex hoc q̄ p̄s dicit i. viij. phy. q̄ qñ ex albo sit nigrū in toto tpe mensurate motū alterationis erat albū: sed in vltimo instanti illi⁹ tpe ē nigrū. vñ fm̄ ipm̄ nō ē dandū q̄ in toto illo tpe sit albū sed in toto pter vltimū nūc. et qz ante vltimū nūc alicu⁹ tpe nō ē accipere penultimū: sic nec ante vltimū punctū linee penultimū: iō nō est accipere vltimū instans in quo erat albū sed vltimū temp⁹. et sicut ē de illis mutationibus q̄ sūt termini motus: sic generatio ē termin⁹ alterationis: qz cū ex aere sit ignis in toto tpe alterationis pcedentis erat aer pter vltimū instans in quo ē ignis: et sicut ē in illuminatione respectu motus localis: et iō cū cōuersio sit termin⁹ cuiusdā motus scz plationis verboz in toto tpe pcedenti erat panis pter vltimū instans in quo ē corpus xpi. ¶ **¶** Ad. iij. dō q̄ i quolibet mutatione o3 designari nunc et p̄s fm̄ duos terminos mutationis q̄ sūt incōtingentes: vt dō in .j. phy. i. q̄ nō possūt simul esse. vñ fm̄ diuersitatez terminoz i diuersis mutationib⁹ fm̄ hoc diuersimode signat ibi nūc et p̄s. Aliqua em̄ mutatio ē iter e terminos pōt accipi mediū qd̄ min⁹ distat ab vno extremoz q̄ aliud. vñ anteq̄ pueniat ad vltimū mutationis terminū fuit recessus ab vno termino: et accessus ad alterū in quo cōsistit mutatio nis rō: et iō vtrūqz ad illam mutationē p̄tinet et nunc: scz in quo terminat accessus et recessus: et prius illud in quo incipit: et iō talis mutatio non ē in instanti sed in tpe. Aliq̄ vero mutatio ē inter cui⁹ terminos nō pōt accipi mediū in eodē subiecto nisi forte p acc̄s: sicut inter affirmationē et negationē qz cōtradictio ē oppositio cui⁹ nō ē mediū fm̄ se vt dō in .j. postero. per accidens autē pōt accipi ibi mediū ex pte negationis cui aliqd̄ adiungat: qd̄

magis vel minus distat ab affirmatione siue illud sit cōtrariū in eodē genere directe siue dispositō cōtraria: sic iter n̄ albū et albū accipit p accidēs mediū ex pte coloris cui cōiungit negatio albedinis: fm̄ q̄ magis vel minus distat ab albedine: et inter nō ignem et ignem accipit mediū fm̄ q̄ aliqd̄ ē magis vel minus frigidū aut humidū. Unde in oibus mutationib⁹ in quib⁹ etiā sunt affirmatio et negatio tñ: seu p̄uatio et forma tñ p se loquēdo non pōt eē recessus a termino vel accessus ad terminū ante p̄uatiōē ad vltimū terminū: et iō illud p̄ncipiū nō p̄tinet p se loquēdo ad hāc mutationē: s3 solū p acc̄s rōne illi⁹ adiūcti ad negationē fm̄ q̄ p acc̄s negatio recipiebat magis et min⁹: et p̄ p̄s mediū. vñ per se loquēdo p̄tinet ad motū p̄cedentē sicut ad alterationem que p̄cedit generationem et ad motū locale qui p̄cedit illuminationē: et p̄ hoc iste mutationes dicunt esse in instanti. et quia vt dictū est inter substantiā panis: et substantiā coz potis xpi non est accipere mediū qd̄ magis sit p̄p̄ quū cozpi christi q̄ substantiā panis: q̄tū ad hoc q̄ cōuertat in ipm̄ diuina virtute: ideo file ē iudiciū de ista cōuersione et de p̄dictis mutationibus. vñ ad hanc cōuersionē nō p̄tinet nisi illud nūc in quo definit esse panis: et incipit esse corpus xpi sed illud primū p̄tinet ad totū tempus p̄cedēs qd̄ mensurabat plationē verboz: que quodāmodo efficit cōuersionē. ¶ **¶** Ad. iij. dō q̄ mutatio vt dictū est in instanti ē: sed motus p̄cedens ē in tpe: si ergo includit in factōne tam motus p̄cedens q̄ mutatio q̄ est terminus eius sicut generatio alterationis: tūc fieri p̄tinebit ad motū p̄cedentē: et factū esse ad terminū motus qui ē ipsa generatio: et sic nō simul sit et factū ē. si autē factio nō extendit se ad mutatio nē illā tūc vtrūqz ē simul: et fieri et factū esse: et sic qd̄ sit ē. si dicat fieri rōne ip̄s mutationis que tūc est: sed factū ē rōne termini mutationis. sicut em̄ dicim⁹ q̄ simul terminat motus et terminatus ē: sicut illuminat aer et illuminat⁹ ē: et sicut etiā ē in cōuersione de qua loq̄mur. ¶ **¶** Ad. iij. q. dō q̄ quantum aliquid est p̄manētius: tanto difficilior transmutat⁹: et quia subiectū in qualibet mutatione manet: iō in oib⁹ mutationibus materia est maxime manēs cū sit subiectū oim̄ mutationū. vñ illa mutatio que ad ipam materiā attingit ē difficilior et maioris virtutis ostensua q̄ quicūqz alia transmutatio ex pte eius qd̄ transmutat. et qz creatio et hec cōuersio p̄tīngūt vsqz ad essentiā materie: vt ex p̄dictis p̄s: cōstat has mutationes esse maioris virtutis ostensuas quibuscūqz alijs in quibus mutat vñ forma substantialis vel accidentalis: vel locus exterior: sed inter has duas videt creatio simpliciter loq̄ndo p̄cellere: quia per ipam materie essentiā p̄ducit ex quo consequit⁹: vt a p̄ducente per hāc cōuersionem possit in alterū transmutari: sed ex pte eius ad qd̄ est mutatio: mutatio que ē in vnione



humane nature ad diuinā psonā pcellit has et oēs alias mutatoēs in difficultate. vñ ipa ē miraculuz miraculoz oīm. ¶ Ad. j. q. dō q. mutatio ista fit ex exñte in exñte: pter modū aliaz mutationū q. fiunt etiā ex exñtibus in exñtia: ex quaz inspectioe intellectus noster sibi suas conceptiones formauit et iō hec conuersio videt esse contra conceptiones intellectus: et ppter hoc difficultus ei assentis q. creationi que est ex oino nō exñti cuiusmodi mutatio nō videt. ¶ Ad. ij. dō q. aliqua actione pō esse resistentia dupliciter. vno mō ex parte agente quando scz ex contrario agente virtus ipsius obditat. alio mō ex pte ipsius effectus quādo ex cōtraria dispositione impedit effectus: in omni actione vbi agens nō patit p̄ma resistentia non habet locum sed secunda solum. vñ in operationibus diuinis nō attendit difficultas fm resistentiā ad agentem sed fm impedimentū effectus: magis aut impedit effectus p subtractionē potentie recipientis q. per rōnē contrarie dispositōis: q. cōtraria dispositio nō impedit effectū nisi inquantū facit potentiaz indispōsitā: et iō maior difficultas est in creatione vbi omnino materia nō p̄existit q. vbi p̄existenti materia est aliquid quod effectū contrariando repugnat. ¶ Ad. iij. dō q. sic se habet potētia naturalis ad mutationes naturales: ita se habet potētia obediētē ad cōuersiones miraculosas. vñ fm modū miraculose cōuersionis ē etiā modū obediētialis potētē in creatura in aliud cōuertendo sic q. in cōuersionib⁹ formalib⁹ inest potētia obediētē ad recipiendū talē formā: ita in hac substantiali cōuersione inest potētia obediētē: vt hec substantia p̄uertat in illā. vñ maioris virtutis oñsua ē creatio in qua nulla potentia obediētē p̄existit q. hec conuersio.

**A**d quartū sic procedit: videt q. p̄dicta conuersio possit exprimi p verbū substantiū alteri⁹ t̄pis q. p̄ntis vt dicat: Qd ē panis erit corp⁹ xp̄i vñ qd est corpus christi fuit panis: Ambro. em̄ dicit in li. de sacramentis q. erat panis ante consecrationem. ¶ P̄ maior ē cōueniētia quāto p̄fectior ē cōuersio. sed hec cōuersio ē p̄fectior oibus alijs: q. in hac cōuertit totū in totū: et partes i partes: sicut ex p̄dictis p̄: cū ergo in alijs cōuersionib⁹ vtimur talī mō loquidi. q. qd erat aqua ē vinū: vel qd erat aer ē ignis: vñ multo fortius hic q. possit dici: qd ē corp⁹ xp̄i erat panis. ¶ Sed p̄tra: qd ē relatiuū suppositū eiusdē sed nō est accipe aliq. suppositū qd sit q̄nq. panis q̄nq. corp⁹ xp̄i: vt ex p̄dictis p̄. q. nō ē dicendū: qd ē corp⁹ xp̄i fuit panis. ¶ Lterius vñ q. hec sit vera: panis sit corp⁹ xp̄i: ad omnē em̄ facere sequit fieri s̄z xp̄s fecit ea s̄z panē et vinū corpus suū: vt Dam. dicit. q. panis sit corpus xp̄i. ¶ P̄. omne qd cōuertitur in alterū sit illud. sed panis cōuertit in corpus

xp̄i. ergo sit corpus christi. ¶ Sed cōtra: omne fieri terminat ad factū esse. sed hec nūq. erit vera: panis ē factus corpus xp̄i: quia qd factū est ē. panis aut nūq. est corp⁹ christi. ergo et hec est falsa: panis sit corpus christi. ¶ Lterius videtur q. hec sit falsa: de pane sit corp⁹ christi: ex eodem em̄ sit aliquid et factū est. sed hec est falsa: corpus christi factum est de pane vel ex pane. ergo et hec: corp⁹ christi sit de pane. ¶ P̄. denotat consubstantialitatem: vt magister dicit in. j. di. xxxvj. sed nulla p̄substantialitas est panis ad corpus christi. ergo nō pōt dici q. corpus christi fuit de pane vel ex pane. ¶ Sed cōtra Ambro. dicit: vbi accessit consecratio de pane sit corpus christi. ¶ Lterius videt q. hec sit vera. panis pōt esse corpus christi: motus em̄ est actus existētis in potentia. sed panis mutat in corp⁹ christi. ergo panis est potentia corpus christi. ergo pōt esse corpus christi. ¶ P̄. Ambro. dicit q. panis potest esse corpus christi consecratione que fit christi sermone. ¶ Sed cōtra: qd pōt esse aliqd nihil p̄hibet si ponat illud: q. possibili posito fm p̄m nō sequit incōueniens. sed incōueniens sequit si dicatur: panis est corpus christi. ergo hec ē falsa: panis pōt esse corp⁹ christi. ¶ R̄. nō dō ad. j. q. q. hec cōuersio in hoc differt ab oibus alijs mutationibus q. in oibus alijs mutationibus est aliqd subiectū cōmune in hac aut nō: sed solū ē accipe duos terminos conuersionis: et iō omnes locutiones exprimentes mutationē p qua importat ordo terminum ad terminū sūt concedende in hac materia sic hec panis conuertit in corpus christi. locutiones vero que expriment identitatem subiecti nō sunt cōcedende: p̄prie loquēdo: sed quia in hac cōuersione ē aliquid simile identitati subiecti: scz cōitas specierū que manent hinc inde: quia ille species nō sint mutationis subiectū: iō etiā tales locutiones aliquā a sanctis posite inueniunt: vt identitas importata non refert ad subiectū sed ad species eisdē. vñ tales locutiones non sunt extendende: q. sunt improprie: et hec locutio que ē: hoc fuit illud: vel qd ē hoc erit illud: expr̄sse importat identitatem subiecti mutationis ppter naturā relationis: iō non est simpliciter concedenda. ¶ Ad. j. q. dō q. verbum Ambro. est exponendū: qd erat panis est corpus xp̄i. i. qd est sub speciebus panis: p̄mo fuit panis et postea corpus christi. ¶ Ad. ij. dō q. fm p̄m i. ij. de aia. Passum in p̄ncipio est dissimile: sed in fine est simile. vñ perfecta conuersio requirit p̄fectā distantia in p̄ncipio: et p̄fectā vnitatem in fine: sed hoc nomen panis importat qd erat in p̄ncipio: q. importat terminū a quo: iō q̄to p̄fectior ē conuersio tanto minus pōt corpus christi de pane p̄dicari. ¶ Ad. ij. q. dō q. cum dicitur hoc sit illud ex vi locutionis in li hoc importat subiectum factionis. vñ hoc est per se: homo sit albus: sed hoc est per accidens: nigrū sit album: subiectū aut factionis cōe



 eē in quo subsistūt pforme substātie pcedētī. sumi  
 liter etiā puus liquor: ¶ stat qd nō pōt diffundi per  
 oēs dimēsiōes: nisi rarefieret r trāsmutaret i aliāz  
 spēm. vñ nō oportet qd occupet oēs dimēsiōes. Et  
 iō aliter dō: qd hoc nō admiscet liquor: qd cūqz spe  
 ciebus illis: sicut admisceret sbe vini. Liquor autē  
 addit' si cēt eqlis qntitatis vel maior: ptingeret ad  
 oēs dimēsiōes vini: r sic si cēt ali' spēs faceret aliā  
 spēm liquoris mediā. si autē cēt eiusdē spēs vinū fa  
 ceret aliud vinū fm numerū: maxie qntū ad acci  
 dētia. si autē liquor additus cēt minous quantitatē  
 nō possit ptingere ad oēs dimēsiōes totū vini: sed  
 ad aliqz r illas imutaret altero dictoz modoz: r  
 forte imutaret fm spēm si cēt alter' spēs. ¶ stat at  
 qd in hoc sacro nō manet corp' xpi nisi qd diu ille  
 spēs manēt eedē nūero: r iō si apponat paruus li  
 quor corūpet ptes spēruz: r sub illa pte desinit eē  
 corp' xpi: nō eni ē pbabile qd vna gutta aque per  
 totū cyphū diffundat. si at addat in magna qnti  
 tate: sic corūpet spēs fm totū: r ita totalit' desinit  
 ibi eē corp' xpi. ¶ Ad. i. q' dō: qd pbs intelligit de  
 accidēte cui' subiectū ē substātia qd ei nō pmiscet  
 sic at nō ē i pposito. ¶ Ad scōz dō: qd in aq' bñdī  
 cta nō fit aliq' mutatio substāialis ipsi' aque: sic ē  
 in hoc sacro: s; acq' r ei virtus aliq' ex bñdictiōe:  
 r iō illa virtus pōt puenire ad aquā additā: sed i  
 hoc sacro vinū puerit substātalit' in aliud viute  
 vboz: r iō nō dz qd vinū additū substātalit' etiāz  
 puerat in sacm: s; pōt eē qd puerat in vinū vtu  
 te accidētū vini q' remanēt vt dictūz ē. ¶ Ad. iij.  
 dō: qd nō est iconueniēs vna dimēsiōē fm vnam  
 ptem sui eē in hoc sacro sine subiecto: r aliāz eē in  
 subiecto: qz plures ptes dimēsiōis qūis sint vna  
 dimēsiō i actu: sunt tñ plures i potētia. ¶ Ad. iij.  
 pz solutio ex dictis. ¶ Ad. v. dō: qd magnū r puū  
 psequūt quātitatē fm qd ad certā mēsurā detmiat  
 In sacro autē altaris nō dz remanere dimēsiōes  
 easdē fm iminātiōē candē: qz sic diuisis spēs' nō  
 remanerēt eedē dimēsiōes: nec p qns idē sacm:  
 sed sufficit ad subsistētiā sacramenti qd remane  
 ant dimēsiōes eedem: scōm qd indeterminate  
 intelliguntur.

**R**espondeo: dicendum ad primam questionem quod sicut. a. dictum est: corpus christi non comparatur ad species sub quibus continentur mediis suis dimensionibus: imo dimensiones eius sunt ibi quasi ex consequenti: id quod dicitur convenit corpori christi mediis dimensionibus suis hoc non puenit ei secundum quod est sub sacramento. cum ergo divisio quantitativa ei convenire non possit nisi mediante dimensione propria: constat quod fractione specierum ipsum corpus eius non dividitur neque frangitur etiam si passibile esset sicut in cena fuit. **¶** Ad primum ergo dicendum: quod in manducatione sunt multa: et fractio siue masticatio: et traectio in ventrem siue nutritio: primum autem convenit ipsis speciebus tantum: sed secundum et speciebus continentibus et corpori contento: quod ubi sunt species: est verum corpus christi. **¶** Tertium si loquamur spiritualiter convenit corpori christi: si autem corporaliter speciebus ut dictum est: et id manducatio aliquo modo competit corpori christi: sed non fractio siue divisio. **¶** Ad secundum dicendum: quod quia hoc sacramentum est signum passionis christi et non ipsa passio: id oportet quod passio quam signat fractio non sit in corpore christi sed in speciebus que sunt signum eius. **¶** Ad tertium dicitur: quod forma substantialis materialis aliquo modo habet ordinem ad dimensiones: cum dimensiones intermiat p'intelligatur in materia an formam substantialem ut dictum est. sed corpus christi nequaquam: et id non est simile de corpore christi et illis formis. **¶** Ad secundam questionem dicendum: quod quidam dixerunt quod fractio secundum rei veritatem non erat in hoc sacramento: sed hoc non potest esse: quia fractio importat passionem siue motum quedam et multitudinem ad quam terminatur motus: et virumque horum est sensibile per se: sunt enim sensibilia communia que contra sensibilia per accidens dividuntur: in. ij. de anima: et ita iudicium de his pertinet ad sensitivam partem. unde cum sensus iudicet fractionem: si non esset fractio esset falsum iudicium: quod non competit in sacro vitatis. Et ideo alij dixerunt quod est ibi fractio sine subiecto: sed hoc non potest dici: quia fractio cum sit quidam motus et ratione sue speciei requirit terminum a quo et i quem: et id oportet ibi esse unum quod in multa dividitur: et hoc est subiectum fractionis. et preterea actio vel passio habet magis debile esse quam qualitas: unde cum qualitates in hoc sacramento ponamus in subiecto: multo fortius passionem: et ideo cum fractio non possit esse in corpore christi sicut in subiecto ut dictum est: oportet quod sit in speciebus. **¶** Ad primum ergo dicendum quod signum respondet signato quantum ad id quod fuit: sed non quantum ad id quod est: est enim hoc sacramentum signum rememorativum respectu omnium passionis. **¶** Ad secundum dicendum: quod sicut densitas manet in hoc sacramento: ita durities que est eius effectus: et propter hoc etiam species ille sonus facere nate sunt: et sic etiam est ibi porositate invenire. **¶** Ad tertium dicendum: quod illud de speciebus quod est in una portione non est in alia: quia species sunt que franguntur: corpus autem christi non frangitur: quod totum remanet sub qualibet parte: et ratio huius

dicta est supra di. x. **¶** Ad tertiam questionem dicendum quod sicut in hoc sacro est duplex res sacramenti: scilicet corpus christi verum et mysticum: ita etiam fractio duo significat. scilicet ipsam divisionem corporis veri que fracta est in passionem: et hec significatio tangit in littera: et distributionem virtutis redemptionis christi per diversa membra ecclesie. et hanc significationem tangit Dominus in. ij. c. ecclesie hierar. Et secundum hoc accipit significatio partium secundum diversum membrorum statum: quod dicitur adhuc vivit: et hi signant per partem que comeditur: quia ipsi atterunt diversis penalitatibus: et sunt in ipso motu ut incorporant christo. Quidam autem sunt mortui et hi sunt in duplici statu: quod quidam in plena participatione beatitudinis: et hoc est corpus christi quod iam sur rexit: sicut ipse christus et beata virgo: et hi signantur per partem in calice missam: quod illi inebriantur ab ubertate domus dei. Quidam autem sunt in expectati one plene beatitudinis: qui vel stola anime tamen habent vel neutra: ut hi qui sunt in purgatorio: et hi signantur per tertiam partem que reservatur usque in finem: quia hi perfectam gloriam consequentur in fine mundi: et interim in speciebus quietantur. **¶** Ad primum ergo dicendum: quod ipsum corpus christi verum signat corpus christi mysticum. unde et partes corporis veri signant partes corporis mystici. **¶** Ad secundum dicendum quod ista unio facta est per passionem christi: et ideo oportet quod sit in hoc sacramento fractio que passionem significet. **¶** Ad tertium dicendum quod talis mos fuit in primitiva ecclesia: qui tamen modo cessavit propter peccatum: nihilominus remanet eadem significatio partium. **¶** Ad quartum dicendum quod non est inconueniens per idem diversa significari sed suas proprietates diversas: unde et calix passionem signat in quantum inebriat: et sic procedit significatio quam ponit Innocentius. quod pars extra calicem signat eos qui sunt extra passionem presentis miserie: et pars in calice missa eos qui predictis passionibus opprimuntur: sed in quantum potus calicis delectat signat gaudium eternitatis: et ita procedit significatio in littera posita que continetur sub his verbis: Hostia dividit in partes tincta beatos. Plena sicca notat viuos seruata sepultos. **¶** Ad quantum dicendum quod hoc sacramentum non solum est in remedium: sed etiam in gratiarum actionem: et ideo quantumvis beati non consequatur aliquod remedium in isto sacramento: quod tamen est in gratiarum actione per eorum gloria conveniens fuit ut et ipsi in hoc sacramento significarentur. **¶** Ad sextum dicendum quod omnes viui indigent hoc sacramento ad remedium: sed non omnes mortui et ideo per mortuos ponuntur due partes: sed per viuis una tantum. Uel dicendum quod due ponuntur pro viuis: una per viuis in hoc seculo: et alia pro viuis in gloria qui resurrexerunt: et per omnibus qui adhuc non resurrexerunt una tantum. **¶** Ad septimum dicendum quod resurrectio membrorum est conformis resurrectioni capitis: quod reformabit corpus humilitatis nostre conformatum corpori claritatis sue: Phil. ij. et id

eadem parte significatur et caput et membra ei perfecte configurata.

Qd. 11.

**D**inde queritur de effectu huius sacramenti.

Et circa hoc querunt duo. Primo de effectu eius quantum ad consecutionem boni. Secundo de effectu eius quantum ad remotionem mali.

**A**d primum sic procedit: Videtur quod per hoc sacramentum non augeantur virtutes: quia diversarum carum diversi sunt effectus. sed augmentum virtutis est effectus baptismi et etiam confirmationis: ut supra dictum est. et non est effectus eucharistie.

¶ Per augmentum charitatis ad perfectionem charitatis venit. si ergo per hoc sacramentum charitas et alie virtutes augeantur: toties posset sumi quod homo in hac vita ad perfectam charitatem veniret et ad summum gradum ipsius: quod non est nisi in patria ut Aug. dicit. ¶ Omnes virtutes simul augent. si ergo augmentum virtutum esset effectus huius sacramenti: non magis deberet poni effectus augmentum charitatis quam aliarum virtutum. ¶ Sed nihil spiritualiter proficit nisi per augmentum virtutum. sed in Deo. eucharistia habet virtutem perfectissimam. ergo effectus eius est virtutis augmentum. ¶ Effectus huius sacramenti est plenitudo gratie: ut patet in ordo canonis: Quotquot ex hac altaris participatione sumpsimus: omni benedictione celesti et gratia repleamur. sed ad plenitudinem gratie per augmentum virtutis puenitur. ergo idem quod puenit.

¶ Tertius videtur quod hoc sacramentum proficit etiam beatis ad augmentum glorie: in collecta enim beati Leonis pape ut Innocentius dicit: ita dicit: Annue nobis domine ut aie famuli tui Leonis hec pfit oblatio. sed constat beati Leonem in gloria esse. ergo pdest beatis ad glorie augmentum. ¶ Hoc sacramentum offertur etiam pro paruulis decedentibus in innocentia baptismali. sed constat quod tales ad gloriam transeunt. ergo pdest etiam hoc sacramentum ad augmentum glorie.

¶ Sed contra: sacramenta ecclesie non pfunct alicui quod non sit in statu pficiendi. sicut sancti in patria exites non sunt in statu pficiendi cum sint in termino perfectus. ergo eis eucharistia non pdest. ¶ Tertius videtur quod effectus huius sacri non possit impediri nisi per peccatum mortale: quia sicut Ambrosius in lra dicit: spiritualiter manducat qui innocentiam ad altare portat. sed quicumque sine peccato mortali accedit portat innocentiam ad altare: quia venialia peccata innocentiam non tollunt. cum ergo spiritualiter manducans effectus sacramenti percipiat: videtur quod effectus sacramenti non possit impediri nisi per peccatum mortale.

¶ Baptismus non est nobilior sacramentum quam istud. sicut nihil impedit effectum baptismi nisi peccatum mortale. ergo nec effectum huius sacramenti. ¶ Peccatum veniale non facit fictum. sed sola fictio impedit sacra-

mentorum effectum. ergo solum peccatum mortale impedit sacramenti effectum. ¶ Sed contra: nullus percipit effectum huius sacramenti nisi qui accedit sicut accedendum est. sed aliquis debet accedere ad hoc sacramentum cum diligenti conscientie sue examinatione ut patet. 1. Cor. 11. cum ergo sine peccato mortali possit hoc permitti: videtur quod sine peccato mortali possit effectus huius sacramenti impediri. ¶ Preterea ad hoc quod aliquis adultus gratiam recipiat: oportet quod se ad gratiam habendam preparaverit. sed hanc preparationem contingit sine peccato mortali impediri. ergo sine peccato mortali contingit impediri effectum huius sacramenti. ¶ Respondetur dicendum ad primam questionem quod proprius effectus cuiuslibet sacramenti debet assumi ex similitudine ad materiam illius sacramenti: sicut expurgatio veteris vite est effectus baptismi per abluitionem aque significata: et ideo cum materiale in hoc sacramento sit cibus: oportet quod effectus proprius huius sacramenti accipiatur secundum similitudinem ad effectum cibi cibus autem corporalis primo in cibatum convertitur: et ex tali conversione deputata restaurat et quantitate auget. sed spiritualis cibus non convertitur in manducatum sed eum ad se convertit: unde proprius effectus huius sacramenti est conversio hominis in christum: ut dicitur cum apostolo: Vivo ego iam non ego: vivit vero in me christus. Gal. 2. et ad hoc sequuntur duo effectus: augmentum spiritualis quantitatis in augmento virtutum: et restauratio de peccatis in remissionem venialium: vel repationem cuiuscumque defectus pcederit. ¶ Ad. 1. quod dicitur: quod augmentum dicitur duplici: uno modo dicitur put iuvenit in vivetibus et non vivetibus secundum quod quilibet additio augmentum facit: et hoc modo virtutes augentur per omnia sacramenta que gratiam iuvenit in subiecto: ex eo quod ipsa de se nata sunt gratiam causare. Alio modo augmentum dicitur proprie put in vivetibus et coniunctioe nutritivi: et talis modus augmentum virtutum est proprius huic sacro. ¶ Ad. 2. quod duplex est perfectio charitatis. scilicet vite et patrie: et quavis non possit hoc sacramentum exites in via pducere ad perfectionem patrie propter diversum statum: potest tamen pducere ad perfectionem vite: per augmentum enim charitatis ad perfectionem patrie in via puenire non possumus. ¶ Ad. 3. quod dicitur: quod charitatis proprium est transformare amantem in amatum: quia ipsa est que extasim facit: ut dicitur: et quia augmentum virtutum in hoc sacro fit per conversionem manducatis in spiritalem cibum: ideo magis attribuitur huic sacramento charitatis augmentum quam aliarum virtutum. ¶ Ad secundam questionem dicitur: quod gloria comprehendit sanctorum premium: quod quidem est duplex. scilicet essentiale gaudium quod de divinitate habetur: et accidentale. id est gaudium quod habetur de quocumque bono creato: quantum autem ad premium essentiale secundum probabilioris opinionem eorum gloria augeri non potest: sed quantum ad premium accidentale usque ad diem iudicij augeri potest: alioquin tunc non augeret gaudium de gloria corporis: unde de omnibus benefactis eis gloria accrescit: quia gaudium est angelis dei

sup vno peccatore penitentiam agente: Luce. xv. et  
ita etiā de oibus que in dei honore sūt gaudent: et  
maxime de his in quibus de eorum gloria deo gratias  
agimus. vñ simpliciter loquēdo hoc ē q̄ntuz ad eēn-  
tia glorie hoc sacm nō auget i beatis gloriā: s; fm  
qd. i. q̄ntū ad accētale p̄mū auget. ¶ Ad. j. q̄ dō  
q̄ sicut Inno. soluit: vbi cūq; talis loquēdi modus  
iuenitur: ita debet itelligi vt ad hoc p̄sit vt a fide-  
libus magis ac magis glorificet in iris. ¶ Ad. ij.  
dō: q̄ p pueris baptizatis missaz solēnia celebrāf  
nō q̄ eis iuuēt quantū ad remissionē alicui culpe  
vel q̄ntū ad augmētū glorie: sed ppter alias rōes:  
tum ppter solatiū viuoz: tum ad ostēdendū par-  
uulos ad vnitatē corporis mystici p̄tinere: vñ idē  
modus exēq̄az fuetur in ipsis et alijs: tum ad cō-  
mēdandū redēptionis mysteriū qd i hoc sacro cō-  
memorāf p qd paruuli sine p̄p̄o merito salutes  
psequūtū eternā. ¶ Ad. tertiaz qōnem dō: q̄ ois  
pfectio acquirēda ipeditur p remotionē p̄p̄ie di-  
sp̄ositiōis. sicut autē dispositiōes māles se habent ad  
pfectionē forme: ita actus se habēt ad pfectionem  
finis. vñ cū hoc sacm p̄ficiat p̄iungēdo fini vt. s.  
dictū est: ad hoc q̄ effectū suū plene habeat in su-  
mēte oportet q̄ assit actualis deuotio: et q̄ iterdū  
absq; mortali peccato actualis duotio ipediti pōt  
cū distractiōes variē ipsam ipediāt: et peccata veni-  
alia virtutū actū tollāt: absq; peccato mortali po-  
tēst effectus huius sacri ipediti: ita q̄ aliq; augmē-  
tum grē nō psequat: nec tñ reatū peccati mortalis  
scurret: sed forte reatū venialis peccati ex hoc q̄  
iparatus accedit. ¶ Ad. p̄mū ergo dicēdū: q̄ ino-  
centiā portās spūaliter māducat habitū: sed non  
semp̄ actu: et ad hoc q̄ effectū sacramēti percipiat  
oportet q̄ actu spūaliter māducat. ¶ Ad. ij. dō q̄  
in baptismo vas p̄mū esse spūale: et ideo effect⁹ ei⁹  
non ipedit nisi p p̄positū peccati mortalis cōmit-  
tendi: quod dicere vite spūali opponit. sed in hoc  
sacro fit cōiunctio ad finē que debet eē p debitam  
opationē: et iō defectus talis op̄atiōis ipedit effectū  
huius sacramēti. ¶ Ad. iij. dō: q̄ quauis peccatū  
veniale nō faciat fictū simpliciter: facit tamē fictum  
quo ad aliqd. nec tñ dicendū q̄ oē peccatū veniale  
ipedit effectū huius sacri: s; solū illud quod tol-  
lit actualē deuotionē que exigit in hoc sacro.

**A**d secundū sic pro-  
cedit: videt q̄ virtute huius sacri venia-  
lia peccata nō dimittant: qua enī ratione dimittit  
vñ et aliud. sed oia non dimittunt: q̄ sic aliquis  
eēt frequēter absq; omni veniali peccato: qd ē cō-  
tra illud quod dicit. j. Jo. j. Si dixerimus q̄ pecca-  
tum nō habemus nos ipsos seducimus: ergo non  
delet aliquod peccatū veniale. ¶ S. peccatū non  
delet nisi p id quod habet oppositionē ad ipsum.  
sed veniale peccatū non habz oppositionē ad gra-  
tiā quā hoc sacm cōfert. ergo virtute huius sacra-

mēti venalia nō dimittunt. ¶ S. baptismus q̄  
dimittit oia peccata mortalia et venalia: nō requi-  
rit luctū exteriorē. si ergo in hoc sacramento venia-  
lia peccata dimittat: nō requirit q̄ post sumptio-  
nem huius sacramenti aliq; faceret penitentiam  
de peccatis venialibus: qd falsum ē. ¶ Sed p̄tra  
Inno. dicit: q̄ hoc sacramētū venalia delet et ca-  
uet mortalia. ¶ S. vt ex verbis Ambro. in littera  
positus accipi pōt: hoc sacm datur in remediū  
quotidianē infirmitatis. sed quotidiana peccata di-  
cunt venalia. ergo hoc sacm tollit venalia.

¶ Alterius videtur q̄ etiā virtute hui⁹ sacramēti  
dimittat mortalia: dicitur enī in collecta illa: Pur-  
rificent nos q̄sumus dñe et. sit ablutio sceleruz. s;  
scelera dicunt mortalia peccata. ergo delet peccata  
mortalia. ¶ S. hoc sacm expressius passionē xp̄i  
rep̄sentat q̄ baptismus. sed baptism⁹ virtute pas-  
sionis in eo operantis delet peccata mortalia. et  
hoc sacramētū. ¶ S. minima gratia sufficit ad  
dēndū omnia mortalia. sed hoc sacramētū gra-  
tiam cōfert. ergo mortalia delet. ¶ S. hoc sacm  
magis operat in fumentē q̄ in alio: alio frustra q̄  
assumeret. sed offertur sacrificiū ecclesie p aliq; b̄  
imp̄is vt cōuertant: et nō frustra. ergo et in ip̄o q̄  
sumit mortalia peccata delet. ¶ Sed cōtra Aug.  
ad Rena. Quis offerat corpus xp̄i nisi p his qui  
sunt mēbra christi. sed illi qui sunt mēbra xp̄i nō  
habēt peccatū mortale. ergo virtute huius sacra-  
mēti nō delet mortalia. ¶ S. hoc sacm nō hēt  
aliquē effectū in indigne accedentibus. sed quicūq;  
accedit cū mortali indigne accedit. ergo nō percipit  
effectū huius sacramēti: et ita nō delet mortalia.

¶ Alterius videt q̄ remittat penas peccati morta-  
lis: deus enim p̄mō est ad miserendū q̄ ad puniē-  
dum: vt dicit glo. in principio Hier. sed indigne  
accedens icurrit reatu pene mortalis peccati. ergo  
digne accedēs ab eo absoluit. ¶ S. hoc sacm nō  
minus valz viuīs q̄ mortuis. sed mortuis valz ad  
remissionē pene: q̄ ad hoc p eis offertur. et multo  
magis viuīs. ¶ S. veritas ē maioris efficacie q̄ fi-  
gura. sed sacrificia veteris testamēti i satisfactiōē  
p peccatis mortalibus offerebant. ergo multo fer-  
tius et hoc cuius sunt illa figura: et sic remittit mor-  
taliū penam. ¶ Sed p̄tra: quicūq; nō est debitor  
pene statim mortēs euolat. si ergo hoc sacramento  
pena mortalis peccati dimittit: ref: quilibet mun⁹  
hoc sacramento ex hac vita discedens euolaret: qd  
falsuz ē. ¶ S. satisfactio nō exigitur nisi ad dimi-  
sionē pene. si ergo hoc sacramento dimitteret pena  
ois alia satisfactio tollerēt: qd est incōueniens.

¶ Respondeo dicendū ad p̄maz qōnem: q̄ virtute  
huius sacramēti fit quedā trāsformatio hominis  
ad xp̄m p amorem vt dictuz est: et hoc est propus-  
cius effectus. et q̄ ex seruoze charitatis peccata ve-  
nialia dimittunt: ppter hoc q̄ dicto seruoze p̄tra-  
riant: iō ex consequēti virtute huius sacramēti

venialia delentur. ¶ Ad primū ergo dicendum: q̄ tantus potest esse deuotiōis seruoꝝ q̄ omnia venialia peccata delet: neq̄ est incōueniens q̄ aliqua hora homo sit absq̄ omni peccato veniali: q̄uis hoc oīu durare nō possit: p̄pter difficultatem vitandi peccata venialia: nec tamē oportet q̄ semp omnia peccata venialia delet: sed fm̄ mensuraz deuotiōis: q̄ non est p̄ximus effectus eius delatio venialiu: sed ex cōsequenti: vt ex dictis patet.

¶ Ad secundū dicendū: q̄ in hoc sacramēto nō solum cōfertur gratia habitualis: sed excitat seruoꝝ actualis deuotiōis. 7 ideo gratie huius sacramēti nō solum mortalia sed etiā venialia opponūtur.

¶ Ad tertium dicendū: q̄ baptismus habet p̄ principali effectu delere peccatū: 7 ideo quādo nō impedit delere oīa. sed nō est ita in hoc sacro: et ideo ratio nō sequit̄. ¶ Ad secundā q̄onem dō: q̄ effectus sacramenti vt dictū est respondet his que exterius in sacramēto gerunt: exterius autē vsus huius sacramēti est p̄ manducationē que nō debetur nisi rei viuenti: 7 iō effectus huius sacramenti p̄supponit vitam in sumēte. 7 q̄ peccatū mortale vitam spūalem tollit: iō hoc sacm̄ nō est ad abluenda peccata mortalia in sumētibus: sed illos solum defectus qui cū vita esse possunt.

¶ Ad primū ergo dicendū: q̄ sicut Inno. dicit: huiusmodi locutiones sunt improp̄e: dicit enim hoc sacramentum scelera vel crimina abluere vel tollere inq̄ntuz ea impedit cōtra ipsa robur ministrādo. vel dō q̄ in aliquo pōt esse peccatū mortale q̄ eius cōscientiam nō habet. 7 talis si deuote accedit veniaz cōsequit̄: vt supra dī. ix. dictū est.

¶ Ad ij. dicēduz q̄ baptismus nō solum exp̄mit passionē xp̄i: sed etiā facit baptizatū xp̄o cōmōzi. 7 q̄ corruptio vnus est generatio alteri: gnatio autē est motus i vitam 7 nō p̄supponit vitā sed p̄uationē eius: iō p̄ baptismū possunt peccata mortalia dimitti virtute passionis: nō autē per eucharistiā p̄ cu. 7 sumptionē homo nō significat cōmōzi xp̄o: sed fructu mortis xp̄i refici: quod vitā p̄supponit.

¶ Ad iij. dō: q̄ grā quam eucharistia cōfert q̄ntum ē de se habet virtutē mortalia delendī: sed rōne ordinis quē habet ad vitā quā p̄supponit: mortalia inuenire nō pōt: 7 ideo nec ea delere. si autē inueniat in subiecto nō in cōscientia: nihilominus ea delet.

¶ Ad iij. dō. q̄ eucharistia nō solum ē sacramentum: sed etiā est sacrificiū. in quātum autē est sacramentū: habet effectū in oī viuente in quo f̄quirit vitam p̄existere. sed in quātum ē sacrificiū habet effectū etiā in alijs p̄ quibus offertur: in q̄bus non p̄existit vitam spūalem i actu: sed in potētā tātuz 7 iō si eos dispositos inueniat: eis grām obtinet virtute illius veri sacrificij a quo oīs gratia i nos ista fit: 7 p̄ cōsequēs peccata mortalia in eis delet: nō sicut causa p̄xima: sed in quātuz grām cōtritionis eis impetrat. Et q̄d in p̄teritū dicit: q̄ nō offert nisi

p̄ mēbris xp̄i: itelligendū est p̄ mēbris xp̄i offerri quādo offertur p̄ aliquibus vt sint mēbra. ¶ Ad tertiā q̄onem dicendū: q̄ eucharistia inquantuz ē sacramentū vt dictū est p̄ principali effectu vnio nē hominis ad xp̄m: 7 iō per modū sacramēti nō aufert nisi ea que in habēte vitā huic vnioni op̄posita iuenit. pena autē peccato mortali debita q̄d iam deletū est nō est huiusmodi. iō in quātū ē sacramentū nō habet effectū pene mortalis dīmissiōez sed in quātū est sacrificiū accipit rationē satisfactio nis. 7 fm̄ hoc in parte vel in toto penā tollit sicut 7 alie satisfactioes fm̄ mensurā pene debite pro peccato: 7 deuotiōis qua sacramentū offertur. nec tamē semp virtute huius sacramēti tota pena tollit. ¶ Ad primū ergo dicendū: q̄ indigne accedens cū cōscientia mortalis peccati mortaliter peccat: 7 iō reatum pene debite mortali peccato incurrit: digne autē accedēs meretur vitā eternā ad quā meritū ordinat: sicut mortale peccatū ad penam. non autē ordinat meritū directe p̄ncipaliter ad remissionē pene: 7 iō ratio nō p̄cedit. ¶ Ad ij. dō: q̄ nō totaliter semp aufert pena p̄ hoc sacrificiū illis qui sūt in purgatorio: nec auferebat in veteri lege per antiqua sacrificia. vnde patet solutio ad tertium.

**Q**uēritur de frequentatione huius sacramenti. Et circa hoc queruntur duo. ¶ Primo de frequentatione. ¶ Secundo de cessatione.

**A**d primum sic procedit: Videtur q̄ nō debeat hō frequentare hoc sacramentū: sed semel tantuz in vita sua sumere: iniuriā enī facit sacramēto qui sacramentū iterat. s̄ rei digniori min⁹ faciēda ē iniuria. cuz ergo hoc sacramentū sit dignius alijs quibusdam que nō iterant: videt q̄ nō nisi semel accipi dbeat.

¶ P̄ apls probat Heb. x. ex vnitāte hostie vl̄ passionis xp̄i vnitātē baptismi. sed hoc sacm̄ magis cōuenit cū passione xp̄i inquantū est hostia q̄ baptismus. ergo cū baptismus semel tantū p̄cipiat: 7 hoc sacm̄ semel tantū debet p̄cipi.

¶ Sed cōtra cū frequentatione mysterij crescit nostre salutis effectus: vt in collecta dicit̄. sed ad hoc debem⁹ niti vt effectus salutis in nobis crescat. ergo debemus frequēter sumere. ¶ Alterius videt q̄ qualibz die Ambrosius enī dicit: Iste panis quotidianus est: accipe quotidie q̄ tibi p̄sit. ¶ P̄ isto sacramento excitat seruoꝝ charitatis qua homo xp̄o vnif. sed hoc expedit vt quotidie fiat. ergo quotidie cōmunicandū est.

¶ Sed cōtra est q̄d Aug. dicit in libro de ecclesiasticis dogmatibus: quotidie eucharistiā sumere nec laudo nec vitupero. ergo non est quotidie cōicandū. ¶ Alterius videt q̄ sit semel i anno cōicādū tantū: q̄ agnus paschalis signū fuit

huius sacramenti. s; sumebat tantum semel in anno. ergo et hoc sacramentum debet semel in anno tantum percipi. **H**oc sacramentum est memoriale dominice passionis. sed passionem domini commemorat ecclesia semel in anno. ergo tunc tantum debet esse tempus comendandi. **S**ed est quod dicit Fabianus papa: Etsi non pluries ter saltim in anno comendat hoies. s; in pascha: pentecoste: et natali domini. **A**lii vident quod homo possit vna die pluries comendare: quia maius est celebrare quam comendare. sed sacerdos potest vna die celebrare pluries si necesse sit. s; et alii fideles potest pluries comendare. **Q**uotienscumque egritudo corporalis iterat extrema unctio potest iterari. sed eucharistia ordinat contra egritudinem peccatorum veteraliu que vno die pluries iterantur. ergo vna die potest homo pluries comendare. **S**ed contra est quod dicit de consecratione. dist. ij. Sufficiat sacerdoti semel in die missam celebrare: quia christus semel passus est et totum mundum redemit. ergo etiam semel tantum in die debet quis comendare. **R**espondeo dicendum ad primam questionem: quod ea que in hoc sacro gerunt habent similitudinem cum his que accidunt in corporali nutrimento: quia enim fit quasi continua depeditio naturalis humiditatis per actionem caloris naturalis et exercitium laboris: ideo oportet frequenter corporalem cibum assumere ad refectionem depeditio: ne depeditio continua morte inducat. Similiter etiam ex concupiscentia inata et occupatione circa exteriora fit depeditio deuotionis et seruitutis secundum que homo in deum colligit: vnde oportet quod pluries depedita restaurentur: ne homo totaliter alienetur a deo. **A**d. j. ergo ob id quod perfectio huius sacri. vt dictum est consistit in consecratione materie non in vso ipsius: et ideo consecratio non repetitur super eandem materiam propter reuerentiam sacramenti: sed vsum potest repeti. **A**d. ij. dicendum: quod baptisimus repunit illam hostiam secundum que facit in nobis spiritualem vitam: et quia generatio vniuersalis non est nisi semel: ideo baptisimus non repetitur: sed eucharistia repunit illam hostiam secundum que reficit: et ideo oportet quod frequenter sumatur. **A**d secundam questionem dicendum: quod in hoc sacramento duo requiruntur ex parte recipientis. s; desiderium coniunctionis ad christum quod facit amor: et reuerentiam sacramenti que ad bonum timoris pertinet. primum autem incitat ad frequentationem huius sacramenti quotidianam: sed secundum retrahit. vnde si aliquis experimentaliter cognosceret ex quotidiana sumptione feruorem amoris augeri et reuerentiam non minui: talis deberet quotidie communicare. si autem sentiret per quotidianam frequentationem reuerentiam minui et feruorem non multum augeri: talis deberet interdum abstinere: vt cum maiori reuerentia et deuotione postmodum accederet. vnde quantum ad hoc vnusquisque relinquendus est iudicio suo: et hoc est quod Aug. dicit: Dixit quispiam non quotidie accipendam esse eucharistiam: alius affirmat quotidie sumendam: faciat vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. et probat per exemplum

gachei et centurionis: quorum vnus recipit dominum gaudens: alius dicit: non sum dignus vt intres sub tectum meum: et vterque misericordiam consecutus est. **E**t per hoc patet solutio ad obiectionem. **A**d tertiam questionem dicendum: quod secundum diuersos status fidei et diuersus mos de hoc inoleuit. nam in primitiua ecclesia quando vigebat deuotio maior et per puritatem passionis christi: et erat maior impugnatione ab infidelibus: quia hec mensa aduersus tribulationes ecclesie preparatur quotidie communicandum fidelibus indicebatur. vnde Anacletus papa dicit: Peracta consecratione omnes communicent qui nolunt ecclesiasticis carere liminibus: sic enim apostoli statuerunt. postmodum inditum fuit vt saltim ter in anno communicarent vt dictum est propter solennitatem illorum dierum. sed postmodum artatum est vt saltim semel in anno. s; in pascha communicent: et ad hoc etiam multi idonei non inueniuntur: et quantum statutum ecclesie non liceat preterire: tamen licet pluries communicare. vnde Aug. laudat omnibus diebus dominicis communicandum esse: et ita pluries in anno potest communicare quis. **A**d primum ergo dicendum: quod agnus paschalis fuit figura huius sacramenti: ratione passionis christi que semel tantum facta est: et ideo semel tantum in anno sumebatur. sed manna quod fuit figura huius sacramenti in quantum hoc sacramentum est cibus fidelium quolibet die sumebatur. **A**d secundum dicendum: quod ecclesia tempore passionis recolat ipsam passionem secundum se: et ideo semel in anno tantum recolat. s; in hoc sacramento recollitur passio secundum que per ipsam reficimur: et quia tali refectione pluries indigemus: ideo pluries hoc modo recollitur dominica passio. **A**d quartam questionem dicendum: quod homo non debet pluries in vna die comendare: vt saltim quantum ad vnam diem representat vnitas dominice passionis: et vt quantum ad aliquid reuerentiam sacramenti exhibeat semel sumendo. **A**d primum ergo dicendum: quod sacerdos est quasi persona publica: et ideo oportet quod non solum pro se sed etiam pro alijs celebret: et ideo necessitate cogente potest pluries celebrare in die: sed non est eadem ratio de illis que non sumunt nisi ratione sui. **A**d secundum dicendum: quod sunt alia remedia quibus peccatum veterale expiari potest: vnde non oportet vt ad ea expianda homo pluries in die comendet. **A**d secundum sic pro  
cedit: videtur quod licet oio a comendatione cessat quia nullus tenet nisi ad ea que sunt necessitatis: sed hoc sacramentum vt supra dist. viij. dictum est: non est necessitatis. s; aliquis potest oio a sacramenti sumptione cessare. **S**ed quod fit ad reuerentiam dei non est peccatum. s; aliquis potest ex reuerentia sacramenti oio cessare. s; si oio cesset non est peccatum. **S**ed Aug. dicit: quod oio sumptione huius sacramenti debet quilibet facere quod pie credit faciendum esse. ergo non peccat si oio cesset:

et putat hoc esse faciendum. Sed contra est quod Inno. dicit: Lauendum est ne si nimium huius sacramenti sumptio differatur: mortis piculum incurrat. ergo si oino cessatur est mortiferum. **¶** Statutum est ecclesie vt saltē semel in anno fideles cōicent. ergo qui oino cessat peccat. **¶** Alterius videtur q̄ ille q̄ cōsecrat possit a cōmunionē cessare: q̄ vbi est maior necessitas ibi fm ordinē debitum charitatē est magis subueniendum. sed potest contingere q̄ postq̄ sacerdos cōsecrauerit aliquis infirmet ad mortē et instanter petat corpus xp̄i i vltima necessitate constitutus. ergo cum sit hoc sacramentū charitatis: debet sacerdos ipse a cōmunionē desistere et infirmo dare. **¶** Preterea: grauius est peccatum peccato supaddere q̄ vnū simplex peccatū cōmittere. sed habens cōscientiam peccati mortalis peccat cōsecrando: peccat etiam cōmunicando. ergo ex quo cōsecrauit debet saltē a sumptionē cessare. **¶** Preterea. cōmunicatio corporis domini et sanguinis equaliter debetur omnibus mēbris christi. sed alijs datur corpus christi sine sanguine ergo sacerdos saltē a sumptionē sanguinis abstinere potest. **¶** Sed cōtra est quod dicitur de consecra. di. ij. c. relatum. vbi reprobat̄ error qui volebant consecrare corpus xp̄i et n̄ sumere. **¶** **¶** hoc idem videtur ex verbis domini quib⁹ dicit hoc sacramētum instituisse: Accipite et comedite. **¶** Alterius videt q̄ laudabilius sit abstinere ab hoc sacramēto q̄ accedere: quia ad eum maxime per humilitatē appropinquamus. sed q̄ homo ex reuerētia: sacramenti a cōmunionē desistit: humilitatis est. ergo hoc videtur magis meritorius et fructuosus q̄ etiā sumere. **¶** **¶** charitatis vere est magis dei gloriā q̄ cōmodum p̄prium querere. sed iste qui abstinet videtur propter gloriā dei facere quam reueretur: qui autē sumit propter p̄prium cōmodum facere: quia fructū sacri querit ergo illud est p̄fectioris charitatis: et ita magis meritorium. **¶** Sed contra: in alijs sacramētis ei cui licet sacramētum accipere melius est accipere q̄ desistere. sed hoc sacramētum dignius est alijs. q̄ multo melius est homini parato accipere q̄ ex reuerentia desistere. **¶** **¶** Respondeo dicendum ad p̄maz questionē: q̄ nulli licet omnino a cōmunionē cessare: q̄ ecclesia statuit tempus in quo fideles cōmunicare debeāt: vnde qui oino desistunt efficiūt rei transgressionis p̄ceptū. institutio autē ecclesie fuit necessaria: q̄ eni in quotidiana pugna sum⁹ vita spiritualis in nobis euanesceret: nisi aliquando cibum vite sumeremus. **¶** Ad primū ergo dicendum: q̄ hoc sacramentum de sui institutione prima q̄uis non sit de necessitate salutis: tamē ex institutione ecclesie necessariū efficitur: et sine hoc etiam necessarium esset non simpliciter vt sine quo non esset salus: sed ex suppositione finis: si scilicet homo in vita spirituali firmiter persistere vellet.

**¶** Ad secundū dicendum: q̄ reuerētia debita deo in hoc exhibetur: q̄ homo nō se nimis diuinis ingerat supra sui modum: sed q̄ homo oino se subtrahat: hoc ē contemptus et pusillanimitatis. **¶** Ad. ij. dicendum: q̄ verbum Aug. referendum est ad hoc q̄ quotidie sumatur vel nō: non autē ad hoc q̄ oino quis desistat. **¶** Ad secundā q̄onē dicendum: q̄ semper ille qui consecrat debet sumere corpus et sanguinē christi: nisi impediatur vel per violentiā: vel per mortem: vel per infirmitatē: vel aliquid huiusmodi: cuius ratio potest sumi ex parte ipsius sacramenti quod in ipsa sumptione cōpletur: sicut significatio accipit: q̄ vt dicit Aug. Dum sanguis in ore fidelis d̄ calice funditur: sanguinis effusio de latere christi designatur: et etiam cōplementū sue efficacie: q̄ vltimū effectū p̄prium habet in hoc q̄ sumitur. vt ergo sacramentum sit perfectum oportet illū qui sacramentum celebrauit cōmunicare. potest etiā sumi ratio ex parte ipsius cōsecrantis: q̄ cum ipse sit alijs dispensator diuinorū: debz p̄mo in participatōe diuio fieri: vt Dio. dicit in. ij. c. ecel. hierar. **¶** Ad p̄mū ergo dicendum: q̄ in tali casu nō oportet q̄ sacerdos cōmunionē intermittat: sed p̄t dare infirmo p̄tenti partē hostie cōsecrate. **¶** Ad secundū dicendum: q̄ magis peccaret non sumēdo: q̄ sacrilegiū cōmitteret p̄uertens ritum sacramēto: nec tamē est p̄plexus: q̄ potest ad deum cōuerti et conteri. et tunc sine periculo in tali articulo sumet. **¶** Ad tertium dicendum: q̄ perfectio sacramenti huius in vtroq̄ consistit: vt ex supra dictis patet: et ideo sacerdos celebrans qui alterū tantū sumeret imperfecte sacramētū pageret: vnde reus sacrilegiū fm canones iudicat: de cōsecra. di. ij. c. compim⁹. secus ē autē de alijs qui nō p̄ficiūt sacramētū: q̄a eis subtrahitur sanguis p̄pter effusiois periculū. vñ et sacerdos in parascue q̄ nō cōsecrat: corp⁹ sine sanguine sumit. **¶** Ad tertiā q̄onē dicendum: q̄ in his que sunt ex genere suo bona peccatum non accidit nisi ex aliquo accidente dum inordinate expleatur: et ideo in eis perficere per se bonum est: sed abstinere ab eis non est bonum nisi ratione accidentis alicuius. vnde cum eucharistiā accipere sit bonum ex genere: assumere eam est bonum per se: abstinere est bonum per accidens: in quantum scilicet timetur ne inordinate sumatur: et quia quod est per se p̄iudicat ei quod est per accidens: ideo simpliciter loquendo melius est eucharistiā assumere q̄ ab ea abstinere: sed in casu aliquo nihil prohibet esse melius abstinere: quando aliquis probabiliter p̄sumit ex sumptione reuerentiam minui. si autem hec duo comparemus adhuc inuenitur p̄ualere sumptio sacramenti abstinētie a sacramento: tum rōne effectus sacramenti: tū rōne p̄pationis q̄ntulacūq̄ sit: tum etiā ratione virtutis elicientis actū: quia



sumere videt esse charitatis in qua radix meriti consistit: abstinere autem timoris: amor autem timori precualet. ¶ Ad primum ergo dicendum: quod charitas est que deo directe nos coniungit: sed humilitas ad hanc unionem disponit in quantum hominem deo subdit. unde meritum magis consistit in charitate quam in humilitate. ¶ Ad secundum dicendum: quod in hoc maxime est gloria dei et bonitas quod se creaturis pro captu eorum communicat. unde magis videtur ad dei gloriam pertinere quod aliquis ad communionem accedat: quam quod abstinat. ¶ Sicut et christus se ostendit et contra veritatem non docet aliqua fictio: ergo non debuit eis aliud ostendere quam quod in ipso erat. Et ideo dicendum quod christus eis speciem suam naturalem ostendit: et sensus exterior per eam mouebatur. sed propter dubitationem resurrectionis sensus interioris iudicium impediatur. unde eum talem inspiciebant exterioribus: ut Gregorius dicit: qualis erat apud eos interitus et ita non erat aliqua deceptio ex parte christi: sic non est aliqua deceptio in sacra scriptura ex hoc quod finguntur figure angelis et ipsi deo: non enim ad hoc fit ut in eis intellectus remaneat: sed ex his in significata eorum surgat: et ita etiam per speciem illam in qua eis apparuit voluit eis dominus interiorum eorum dispositionem significare. Qui confessus est coram Nicolao papa et videtur ex hoc quod hec opinio omnino sit tenenda: quia in principio confessionis huius dicitur: Consensio romane ecclesie et apostolice sedis. ergo nulli licet aliter tenere. Et dicendum quod quia Berengarius negauerat verum corpus christi in altari esse: coactus fuit hanc confessionem facere. unde non intendit dicere quod ipsum corpus christi frangatur: sed quod sub speciebus in quibus est fractio verum corpus christi sit: et in hoc se dicit consentire apostolice sedis a contrario errore reuersus. ¶ Manet integer in corde tuo. et intelligendum est quantum ad effectum: non quod corpus eius metum illabatur: quia hoc solus dei est. ¶ Non est pars corporis et de hoc dictum est supra di. x. ¶ Indignus est qui aliter celebrat. aliter celebrare dicitur qui non seruat materiam vel formam aut ritum debitum ab ecclesia institutum: et debet talis si ex contemptu faciat gradus sui periculo subiacere. ¶ Et si christus quotidie imoletur et. Sciendum quod omnia illa verba que important compassionem iudeorum ad christum et penam christi: non dicuntur quotidie fieri: non enim dicimus quod christus quotidie crucifigatur et occidatur: quod actus iudeorum et pena christi transijt. illa autem que important compassionem christi ad deum preterea dicuntur quotidie fieri: sicut offerre sacrificare et huiusmodi: eo quod hostia illa perpetua est: et hoc modo est semel oblata pro christo quod quotidie etiam pro membris ipsius offerri possit. ¶ In sacro recordatio illius fit: quod factum est semel. sacerdos enim non solum verbis sed etiam factis christi passionem representat. unde et in

principio canonis tres cruces facit super illud: Hec dona: hec munera et ad significandum trinam traditionem christi. scilicet a deo: iuda. et iudeis. Secundo autem super illud Benedicta: ascripta et. facit tres cruces super utrumque: ad ostendendum quod tribus christus est uentus. scilicet sacerdotibus scribis et pharisaeis. duas autem facit diuisim super corpus et sanguinem: ad ostendendum uentorem et uentum. Tertio facit duas super illud: Benedictus et fregit. unam super corpus: aliam super sanguinem: ad ostendendum quod hoc sacramentum in mortis sue memoriam exercendum mandauit: id est statim post consecrationem brachiorum extensione crucis effigie representat. unde etiam ut Inno. dicit: uerba consecrationis que in fine ponenda sunt: que complentur totius in medio ponunt: ad historie ordinem obferuandum. quod uerba canonis ad consecrationem et effectum ipsius ipetrandum pertinet: sed signa ad historia recolendam. Quarto facit quinque cruces super illud: Hostia pura et. ad representandum. v. plagas. Quinto facit duas super illud: Sacrosanctum filij tui corpus. et ad signandum vincula et flagella christi. Et addit tertia que sacerdos seipsum signat super illud: Omnia benedictio. quod christi vulnera nostra sunt medicamenta. vel per has tres cruces significat triplex oratio qua christus orasse legitur: Math. xxvi. passioe imminente. Sexto facit tres super illud: Scitatis: uiuificas et. ad representandum quod iudei ter dixerunt: crucifige: uerbo crucifigentes christum: quod fuit tertia hora. Septimo iterum facit tres super illud: Per ipsum: et in ipso et. ad representandum scilicet crucifixio nem que a militibus hora. vi. per trius horarum spacium crucifixus est: uel ad representandum tres eius cruciatus. scilicet passioe: passioe: compassioe. Deinde facit duas extra calicem super illud: Est tibi deo patri et. ad representandum separationem anime a corpore: que facta est hora. ix. uel pro sanguine et aqua que de latere christi profuerunt. Inclinationes etiam facte a sacerdote signant christi obedientiam ad patrem ex quo mortem sustinuit. Tacita etiam locutio exprimit consilium iudeorum mortem christi machinatum: uel discipulorum que palam christum confiteri non audebant. quod enim fractio significet dictum est. quod autem comixtio corporis et sanguinis unionem anime et corporis significat: id est illa crud signatio que fit super illa uerba: Pax dominus: magis pertinet ad resurrectionem que uirtute inuitat et tertia die facta est. Quod autem quod deus se sacerdos ad populum uertit: signat quod dominus die resurrectionis in quibus se manifestauit: primo Marie magdalene. Jo. vii. Secundo petro. Luce vi. Tertio mulieribus. Math. vi. Quarto discipulis in emaus Luce vi. Quinto discipulis congregatis in unum. Jo. vii. Salutat autem populum septies: ad septiformem gratiam spiritus sancti ostendendam. ¶ Sine quibus mortalium uita uici non potest: quod etiam possumus uitare signa: non tamen omnia. ¶ Di. XIII

**S**olet etiam queri  
virum prauis sacerdotibus et. Postquam  
determinauit magister de sacramento  
eucharistic: h decimat omni ministeribus

sacramenti. Et diuiditur in partes duas: in prima determinat ppositum: in secunda epilogat: ibi De hoc celesti mysterio etc. Prima in duas: in prima ostendit quis possit consecrare et dispensare huiusmodi sacramentum: in secunda quis possit sumere: ibi Illud etiam sane dici potest etc. Prima in duas: in prima inquit vtrum potestas consecrandi per peccatum a ministro tollatur: in secunda ostendit que requiruntur in ministro ad hoc qd sacramentum consecrare possit: ibi In huius autem mysterij etc. Prima in duas: in prima inquit vtrum malus sacerdos possit consecrare: in secunda vtrum ab ecclesia precisi: ibi Illi vero qui excommunicati sunt etc. De hoc celesti mysterio etc. Sic epilogat. Et circa hoc duo facit: primo ponit epilogum: secundo ex incidenti determinat qd faciat hereticum: ibi Ne autem ignoe: s quid faciat etc.

**H**ic est duplex questio. Prima de ministro consecrante. Secunda de heresi. Circa primam queruntur tria. Primo quis possit consecrare. Secundo de ritu consecrandi. Tertio de dispensatione sacramenti.

**Ad primum sic proceditur:**

Uidetur qd etiam laicus possit consecrare: consecrare enim sacerdotis est. sed ois laicus si sit bonus sacerdos est: qd vt dicit Chrysostomus. Omnis sanctus sacerdos est. et omnibus fidelibus dictum est. j. Pe. ij. Vos estis genus electum regale sacerdotium. ergo bonus laicus potest consecrare. **R.** homo non potest consecrare virtute propria sed virtute dei. sed bonus laicus magis e particeps diuine virtutis qd malus sacerdos. qd magis potest bonus laicus consecrare qd malus sacerdos. **R.** magis est sumere sacramentum qd consecrare: quia hoc ad illud ordinatur. s. d. bonus laicus potest sumere sacramentum. ergo et consecrare.

**Sed contra hoc sacramentum offertur ad reconciliandum nos deo: quod est officium mediatoris. cum ergo sacerdotis tantum sit medium esse inter deum et populum: soli sacerdotes hoc sacramentum consecrare possunt. **P.** Diuterea: bonitas virtutis non est manifesta: qd nemo scit vtrum sit digni odio vel amore: Eccl. ix. et precipue alteri nota esse non potest. si ergo potestas consecrandi sequatur bonitatem persone: non poterit esse notum quando consecratum sit vere et quando non: et ita erit deceptio in sacramentis. **A.** Lterius videtur qd solus episcopus possit consecrare: qd in qualibet re publica principis debetur actus nobilissimus: sicut etiam Cometautor dicit in. ij. Meta. sed sumus in nostra hierarchia est episcopus: vt dicit Dio. ergo cum consecrare sit sumus actus nostre hierarchie: hic actus sibi soli debetur. **P.** Diuterea fm Dio. perficere e tantum episcopi. sed fm ipsius eucharistia e pfectuaz**

habens virtutem. ergo solus episcopus potest consecrare. **P.** Diuterea: maius est consecrare corpus christi qd consecrare altare vel benedicere virgines. sed illa reseruatur solis episcopis. ergo multo fortius consecratio corporis domini. **Sed contra** est comunis vsus ecclesie et canonu institutio: qui docent potestate consecrandi et baptizandi episcopis et sacerdotibus esse comunem. **A.** Lterius videtur qd heretici et scismatici et excommunicati consecrare non possunt: quia sicut dicit cano. xxiij. q. j. c. audiuim. Quicunq fuerit ab unitate ecclesie alienus execrare potest consecrare non valet. Aug. etiam dicit qd extra ecclesiam non est locus veri sacrificij. sed omnes predicti sunt extra ecclesiam. qd non possunt consecrare. **P.** Diuterea: hoc sacramentum pollutum non potest. sed fm Hiero. heretici panem pollutum comedunt. ergo verum sacrificium non habent. ergo non consecrant. **R.** hoc sacramentum est vnionis ecclesie: vnde et comunio dicitur. sed omnes predicti hac vnione carent. ergo consecrare non possunt. **Sed contra:** sacerdos habet potestatem consecrandi ex ipso character. sed character manet in ipso heretico scismatico et excommunicato. ergo possunt consecrare. **R.** qd tas persone non exigitur nisi ad actum propriuz persone. sed consecratio non est actus personalis ipsius sacerdotis: sed dei cuius verbis consecrat. qd non impeditur propter propriam qualitatez.

**A.** Lterius videtur qd degradatus non possit consecrare: nullus enim consecrare potest qui non habet potestatem consecrandi: sed degradatus non habet potestatem consecrandi: quauis habeat potestatem baptizandi: vt dicit canon. j. q. ij. c. quidam. ergo non potest consecrare. **P.** Diuterea: ex eisdem sit res et corrumpitur: fm pbn in pmo E. b. sed alius ex potestate episcopi accipit posse consecrare. ergo quando ab ipso degradatur videtur qd hoc posse amittat. **P.** Diuterea: habens ordinem sacerdotalem non relinquitur puniendus iudicio seculari. sed degradatus relinquitur. ergo non habet ordinem. ergo non potest consecrare. **Sed contra:** si degradatus reconciliatur non iterum ordinatur. ergo ordinem non amisit. ergo consecrare potuit. **P.** Diuterea: hoc idem probatur p indelibilitatez characteris vt supra. vtrum autem malus sacerdos vel angelus possit consecrare eadem ratio est que et de baptizatioue: et ideo queratur supra distinctione quinta. **A.** Lterius videtur qd missa mali sacerdotis non minus valeat qd boni: quia sicut dicit Aug. in libro de corpore christi: In mysterio corporis et sanguinis domini nihil a bono maius nihil a malo minus perficitur sacerdote. **P.** Diuterea: baptismus datus a bono ministro nihil melius valet qd datus a malo. ergo nec missa a bono sacerdote vel malo dicta. **Sed contra:** melius e qd e fructuosius. s. missa

